

26

Fragment of a label or piece of paper at the bottom left corner of the book cover.

B. I. 13

J.F.

Sal
a S
luc
Ga
H

ZEL
J. NOWALSKI S.A.

Biblioteka
Ojców Kamedulów
w Bieniszewie

*Palterium B. V. MARIE Conceptionis
a Rdo Don. Patre Raphaële C.C. pro
tunc Magistro Novitior ad usum
Fratris Ezechielis C.C. Professs Mon
tis Argentini AD. 1762. & 2 Ibris*

PSALTERIUM

BEATISSIMÆ

VIRGINIS

MARIÆ,

PP. Camati. Ep. A Insula Vigren.

DIVO

BONAVENTURA

Ad normam Psalterij

DAVIDICI,

COMPOSITUM.



CRACOVIAE.

Typis Dominici Siarskowski, S.R.M.

Typogr. Anno Dñi 1747.

LIBRARIUS
M. A. R. I. A.
D. I. V. O.
B. O. N. I. F. I. C. I. O.
A. P. O. S. T. O. L. I. C. O.
A. N. T. I. Q. U. O.
D. A. V. I. D. I. C. I.
C. O. M. P. O. S. I. T. U. M.
C. O. N. T. I. N. E. N. S.
C. O. N. T. I. N. E. N. S.
C. O. N. T. I. N. E. N. S.

P
BO
B
M
V
I

augme
clyta
ria in
Actio
Prophe
racula
lection
Apostol

PRÆFATIO
S AN CTÆ
BONAVENTURÆ,
In Psalterium
B E A T Æ
M A R I Æ
V I R G I N I S.

Ex Proverbiorum 4.



Rripe illam & exaltabit
te, & glorificaberis ab Ea,
cum illam fueris ample-
xatus. Dabit capiti Tuo
augmenta gratiarum, & Corona in-
clyta proteget te, ait Sapiens. Glo-
ria in excelsis DEO & gratiarum
Actio & vox Laudis qui nunc per
Propheticam mysteria, nunc per o-
racula de Cælis lapsa, nunc per
lectionem Evangelicam, nunc per
Apostolicam iubam, multifarie

Az

mul-

multisq; modis ad Honorem Virgi-
nis **MARIÆ** Regina Cœlorum ac
Angelorum sincerissime nos invi-
tat, ac incitat: ut per ipsius San-
cta merita, omni acceptione di-
gnissima, ex infernorum claustris ar-
reptos, Angelica militia nos ad-
scribat. Unde licet Salomon ver-
ba predicta de Sapientia protulerit,
Spiritus tamen Sanctus illa
ad Virginem præcellentem **MARI-
AM** intellectu Mystico reflectit. In
quo verbo vos amice Charissime,
ad ipsius amorem est alliciens, ve-
strumq; cor ad Ipsius amplexum,
varijs promissionibus attrahens, &
demulcens. Assignat autem vobis
assecutura quatuor dona mirifica,
si tam Præclara Puella nexu spi-
rituali vobis fuerit conjuncta, &
brachijs desiderorum ferventium à
vobis cum magna reverentia &
devotione amplexata. Primo af-
fert vobis exaltationem, ibi: Et
exalt

tronet
Ea.
am, i
grati
tue in
Coron
rogoc
tam n
giner
rever
MA
à v
nom
rum
curra
dum
tis,
cand
gvan
illi p
nim,
nebi
munc

exaltabit te. Secundo glorifica-
tionem; ibi: Et glorificaberis ab
Ea. Tertio gratiarum abundantiam,
ibi: Dabit capiti tuo augmenta
gratiarum. Quarto viriditatis perpetua
immarcescibilem coronam, ibi:
Corona inclyta proteget te. Unde
rogo charissima & desideratissima, ne
tam nobilem & Speciosissimam Vir-
ginem repellatis, ne tam admirandam
reverendissimam Reginam Virginem
MARIAM vili pendatis: ne si
à vobis contemptam se viderit,
nom dico tantis fraudemini, ve-
rum quod absit, mala perpetua in-
curratis. Quapropter ad obsequen-
dum Ei, sinum mentis extendatis,
ad Laudandum & glorifi-
candum Eam cor preparate, lin-
guam laxate, ac celeri famulatu
illi placere festinate. Constat e-
nim, quod ex ipsius ascessu rema-
nebitis devotiores, ex Ipsius tactu
mundiores, ex Ipsius amplexu vir-
tute

tute & gratia profusiores & niti-
diores. Et ut tantorum bonorum
vobis aliquam occasionem conferam,
mitto vobis ipseus Virginis Sacra-
tissime Psalterium, ex scintilla
mea paucula intelligentia gratia &
adjutorio Filii conditum & com-
pactum: in quo diversis preconijs
Eam extolletis, nunc Ipsius Vir-
ginitatem & castimoniam, nunc
Ejus fecunditatem & Sanctimoni-
am nunc Ejus largitatem sive Cle-
mentiam. Ibi efferetis Eam velut
plenam omni gratia velut illustra-
tam omni scientia, velut illustra-
tam omni Sapientia & intelligen-
tia. Ibi benedicetis fructum sui
ventris gloriosi, membra Corporis
Sancti, & prerogativas anime, om-
ni Sanctitate pollentes. Ibi ad
Ipsius Laudem invocabitis Choros
Angelorum, & Sanctorum nationes
hominum, Insulas Gentium, Caelum
& pulchritudinem Luminarium,

ac to
Eam
Spiritu
petre
bis r
judica
illu
gaudi
o cha
muny
grata
eo pr
trem
Si f
conu
suum
stram
& re
ronar
capit

ac totum Orbem terrarum. Ibi
Eam rogabitis, ut destruat vires
Spiritualium hostium, ut vobis im-
petret veniam peccatorum, ut vo-
bis reddat placabilem terribilem
judicem, & ut vestrum finem sua
illustret presentia, vobisq; obtineat
gaudia sine fine mansura. Igitur
o charissima, hoc tantillum meum
munusculum primum vobis oblatum
gratanter suscipite, fructumq; ex
eo proferre satagite, & in eo Ma-
trem DEI frequentius collaudate:
Si forte piissima super vos suum
convertat amabilem vultum, ad
suum amorem vos recipiens, ve-
stram animam in presenti recreans
& reficiens, & in futura gloria Co-
ronam de Lapide pretioso vestro
capiti superponens.

[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

PS

B

M

à s.

Die De

BEa
T

Tua

T

irrig

justit

Be

per

Tui.

ob



PSALTERIUM
B E A T Æ
M A R I Æ
V I R G I N I S
à S. B O N A V E N T U R A
C O M P O S I T V M.

Die Domini. Psalmus I.

BEatus Vir, qui diligit Nomen
Tuum MARIA Virgo; gratia
Tua animam ejus confortabit.

Tanquam aquarum fontibus
irrigatum uber; in eo fructum
justitiæ propagabis.

Benedicta tu inter mulieres;
per credulitatem cordis Sancti
Tui.

As

Uni-

J. M. J.

Universas enim fœminas vincis pulchritudine carnis; superas Angelos, & Archangelos excellentia Sanctitatis.

Misericordia Tua & gratia ubiq; prædicatur: DEUS operibus manuum Tuarû benedixit, Gloria Patri, &c.

Psalmus 2.

Quare fremuerunt inimici nostri; & adversum nos meditati sunt inania.

Protegat nox dextera tua Mater DEI; ut acies terribilis confundens & destruens eos.

Venite ad Eam, qui laboratis & tribulati estis; & dabit refrigerium animabus vestris.

Accedite ad Eam in tentationibus vestris; & stabiliet vos serenitas vultûs ejus.

Benedicite illam in toto corde

de

J. M. J.

de vestro; misericordia enim il-
lius plena est terra.

Gloria Patri, &c.

Psalmus 3.

Domina quid multiplicati sūt,
qui tribulant me: in tempe-
state Tua persequeris & dissipa-
bis eos.

Dissolve colligationes impieta-
tis nostræ: tolle fasciculos pec-
catorum nostrorum.

Miserere mei Domina, & sana
infirmi-
tatem meam: tolle dolo-
rem & angustiam cordis mei.

Ne tradas me manibus inimi-
corum meorum: & in die mor-
tis meæ conforta animam meam.

Deduc me ad portum salutis:
& Spiritum meum redde facto-
ri & Creatori meo.

Gloria Patri, &c.

As

Psal-

J. M. J.

Psalmus 4.

CUM invocarem exaudivisti me
Domina: & è sublimi solio
Tuo mei dignata es recordari.

A rugientibus præparatis ad e-
scam & de manibus quærentium
me: liberabit gratia Tua.

Quoniam benigna est miseri-
cordia & pietas Tua: in omnes,
qui invocant Nomen Sanctum
Tuum.

Benedicta sis Domina in æter-
num: & Majestas Tua in sæcu-
lum.

Glorificate Eam omnes gentes,
in virtute vestra: & cuncti po-
puli terræ extollite magnificen-
tiam Ejus. Gloria Patri. &c.

Psalmus 5.

VERBA mea auribus percipe
Domina: & ne avertas à me
speciositatem vultus Tui.

J. M. J.

Converte luctum nostrum in
gaudium: & tribulationem no-
stram in jubilationem.

Corruant ante pedes nostros
inimici nostri: Virtute Tua co-
rum capita conterantur.

Benedicat Te omnis lingua: &
Nomen Sanctum Tuum confite-
atur omnis caro.

Spiritus enim Tuus super mel
dulcis: & hæreditas super mel
& fayum. Gloria Patri, &c.

Psalmus 6.

Domina ne infurore DEI finas
corripi me: neq; in ira ejus
judicari.

Propter honorem Nominis Tui
Domina: propitietur nobis fru-
ctus gloriosi ventris Tui.

De porta inferi & de ventre abyssi:
Tuis Sanctis precibus libera nos.

Aperiantur nobis janua sem-
piter.

J. M. J.

piternæ: ut enarremus in æternum mirabilia Tua.

Quia non mortui, neq̄ qui in inferno sunt, laudabunt Te Domina: sed qui Tua gratia, vitam æternam optinebunt.

Gloria Patri, &c.

Psalmus 7.

Domina mea in Te speravi: de inimicis meis libera me Domina.

Conclude ora leonis & dentes ejus: & labia persequentium constringe.

Non moreris propter Nomen Tuum: facere nobis misericordiam Tuam.

Splendor vultus Tui fulgeat super nos: ut servetur conscientia nostra apud altissimum.

Si persequatur inimicus animam meam: Domina adjutorio
Tuo

Tuo
dium
Glo

D
et

vator
Ut

lere:

Verb

Spi

umbr

Ben

ceptu

tus T

Be

Tua

serico

G

C

to

J. M. J.

Tuo conforter, ne vibret gladium suum contra me.

Gloria Patri, &c.

Psalmus 8.

Domina, Dominus noster factus est frater noster: & salvator noster.

Ut ignis in rubo & ros in vellere: descendit in Te æternum Verbum DEI.

Spiritu Sancto fœcundante: obumbrabit Tibi virtus Altissimi.

Benedictus sit mundissimus Cœceptus Tuus: Benedictus sit parvus Tuus Virgineus.

Benedicta sit munditia carnis Tuæ: benedicta sit dulcedo misericordiæ cordis Tui.

Gloria Patri, &c.

Psalmus 9

Confitebor Tibi Domina in toto corde meo: & narrabo

iu

J. M. J.

in populis laudem & gloriam
Tuam.

Tibi enim debetur gloria: &
gratiarum actio, & vox laudis.

Invenient gratiam peccatores
apud Deum: per Te inventri-
cem gratiæ & salutis.

Respirét ad Indulgentiam hu-
miles pænitentes: sana contriti-
ones cordis eorum.

In pulchritudine pacis & re-
quie opulenta: cibabis nos post
laborem peregrinationis nostræ.

Gloria Patri, &.

Psalmus 10.

IN Domina confido: propter dul-
cedinem misericordiæ Nominis
Sui.

Oculi Ejus in pauperem respi-
ciunt: & manus Ejus ad pupil-
lùm & viduam sunt extentæ.

Exquirite Illam à juventute
vestra

J. M. J.

vestra: & glorificabit vos ante
faciem populorum.

Misericordia illius nostrorum
auferat multitudinem peccatorū:
& fecunditatem, nobis conferat
meritorum.

Extende ad nos brachium Tu-
um gloriosa Virgo: & ne aver-
tas à nobis gloriosum vultum
Tuum. Gloria Patri, &c.

Psalmus II.

SALVUM me fac Mater pulchræ
dilectionis: fons clementiæ &
dulcor pietatis.

Gyrum terræ sola circuis: ut
subvenias invocantibus Te.

Pulchræ sunt viæ Tuæ: & se-
mitæ Tuæ pacificæ.

In Te refulget species castita-
tis: lumen justitiæ & splendor
veritatis.

Amicta solari lumine sicut ve-
stimen-

J. M. J.

stimento: duodecim Stelarum.

Corona rutilans radianti.

Gloria Patri, &c.

Psalmus 12.

USq; quò Domina oblivisceris
me: & non liberas me in die
tribulationis.

Usquequo exaltabitur inimicus
meus: super me potentia virtu-
tis Tuæ contere ipsum.

Aperi oculos misericordiæ
Tuæ: ne inimicus noster ad-
versus nos prævaleat.

Magnificamus Te gratiæ in-
ventricem: per quam sæcula
reparantur.

Exaltata super Choros Ange-
lorum: ante Thronum DEI o-
ra pro nobis.

Gloria Patri, &c.

Psalmus 13.

Dixit insipiens adversarius no-
ster

J. M. J.

ster in corde suo: persequar. & compræhendam, & interficiet eum manus mea.

Exurge Domina & præveni eum: & supplanta eum. destrue omnes conatus illius.

Tuam pulchritudinem Sol & Luna mirantur: Tibi Angelicæ potestates serviunt & famulantur.

Tuo tactu levissimo sanantur infirmi: Tuo odore roseo mortui reviviscunt.

Virgo DEI Genitrix, quem totus non capit orbis: in Tua se caufit viscera factus homo,

Gloria Patri, &c.

Psalmus 14.

Domina quis habitabit in tabernaculo DEI: aut quis requiescet cum Senatoribus populi.

Pauperes Spiritu & mundo corde: mites, pacifici, atq; lugentes.

Re-

J. M. J.

Recordare Domina ut loquaris pro nobis bona: & indignationem Filij Tui avertas à nobis.

Amplectamur MARIÆ vestigia peccatores: & Ejus beatis pedibus provolvamur.

Teneamus Eam fortiter nec dimittamus: donec ab Ea, meruerimus benedici.

Gloria Patri, &c.

Psalmus 15.

Conserva me Domina quoniam speravi in Te: mihi quæ Tuæ stillicidia gratiæ impartire.

Alvus Tuus Virginalis: & viscera Tua Filium DEI altissimi generunt.

Benedicta sint ubera Tua: quibus lacte Deifico Salvatorem enutristi.

Confitemini Laudes Virgini gloriosæ: quicunq; apud eam gratiam & misericordiam invenistis.

J. M. J.

Date magnificentiam Nomini
Ejus: & collaudate in sæculum
Conceptum atq; partum Ejus.

Gloria Patri, &c.

Psalmus 16.

EXaudi Domina justitiam me-
am & amorem: amove à me
tribulationem meam.

Confitebor Tibi in voce exulta-
tionis: cum magrificaveris su-
per me misericordiam Tuam.

Imitamini Eam Sanctæ Virgi-
nes DEI: ut imitatae sunt Agnes,
Barbara, Dorothea, & Catharina.

Honorificate Eam in voce la-
biorum vestrorum: per hoc E-
jus gratiam Agatha, Lucia, Mar-
garitha & Cæcilia susceperunt.

Sponsum dabit vobis Patris Fi-
lium: & de paradisi lilijs coro-
nam incomparabiliter radiantē.

Gloria Patri: &c.

Psal.

J. M. J.

Psalmus 17.

Diligam Te Domina Cæli &
terræ: & in gentibus Nomen
Tuum invocabo.

Confitemini illi tribulati corde:
& roborabit vos contra inimicos vestros.

Stilla nobis Domina gratiam
uberum Tuorum: ex manante
lacte dulcedinis Tuæ, refice viscera
puerorum Tuorum.

Religiosi omnes honorate illam:
quia Ipsa est Adjutrix &
vestra specialis Advocata.

Esto refrigerium nostrum gloriosa
Mater Christi: quia Tu es
totius Religionis mirabile firmamentum.
Gloria Patri, &c.

Psalmus 18.

Cæli enarrant gloriam DEI,
& ungentorum Tuorum
fragrantia in gentibus est dispersa.
Respi.

J: M J.

Respirate ad illam perditum peccatores, & perducet vos ad Indulgentiæ portum.

In Hymnis & Psalmis & Canticis pulsate viscera Ejus, & stillabit vobis gratiam dulcedinis suæ.

Glorificate Eam justis ante thronum DEI, quia fructu ventris Ejus estis justitiam operati.

Laudate Eam Cæli cælorum, & Nomen Ejus glorificet omnis terra. Gloria Patri, &c.

Psalmus 19.

EXaudias nos Domina in die tribulationis, & precibus nostris converte clementem faciem Tuam.

Ne proicias nos in tempore mortis nostræ, sed succurre animæ cum deseruerit corpus suum.

Mitte Angelum in occursum ejus, per quem ab hostibus defendatur.

O.

J. M. J.

Ostende ei, Serenissimum Judicem sæculorum, qui ob Tui gratiam veniam ei largiatur,

Sentiat in panis refrigerium Tuum, & concede ei locum inter Electos DEI.

Gloria Patri, &c.

Psalmus 20.

Domina in virtute Tua lætatur cor nostrum, & in dulcedine Nominis Tui consolabitur anima nostra.

De sedibus mitte nobis Sapientiam, per quam in omni virtute dulciter illustremur.

A carnalibus desiderijs concede gratiam abstinendi, ut lumen gratiæ in cordib9 nostris oriatur.

Quam dulcia diligentijs Te eloquia Tua Domina, quam suavissima sunt Tuarum stillicidia gratiarum.

Glo-

Gloria
tibi, &
or in sa
Glor

DEUS
in m
emper N
Domi
er dien
um fet
uam.
Quia e
ia Tua
robrium
Derise
q's, Tu
us Tuæ
um bo
Adore
& gloriff
angeloru

J. M. J.

Gloriam & honorem psallam
Tibi, & in Nomine Tuo gloria-
bor in sæculum.

Gloria Patri, &c.

Psalmus 21.

DEUS DEUS meus, respiciat
in me meritis Tuis Virgo
semper M A R I A.

Domina mea clamavi ad Te
per diem & noctem, & fecisti
cum servo Tuo misericordiam
Tuam.

Quia ego speravi in misericor-
dia Tua, sempiternum à me op-
probrium abstulisti.

Deriserunt me inimici mei un-
diq; , Tu autem sub umbra ma-
nus Tuæ contulisti mihi refrige-
rium bonum.

Adorent Te familiæ gentium,
& glorificent Te omnes ordines
Angelorum. Gloria Patri, &c.

B

Psal.

J. M. J.

Psalmus 22.

Dominus regit me Virgo DEI
Genitrix, quia Tu amabilem
vultum Ejes ad me convertisti.

Benedicti sunt oculi Tui splen-
didissimi, quos digneris miseri-
corditer convertere, super nos
peccatores.

Benedictum sit lumen & splen-
dor faciei Tuæ, benedicta sit gra-
tia vultus Tui.

Benedicta sit misericordia ma-
nuum Tuarum, benedicta sit e-
manatio Virginei lactis Tui.

Benedicant Te Apostoli tui, &
Prophetæ DEI, Martyres & Con-
fessores, & Virgines psallant Tibi.

Gloria Patri, &c.

Psalmus 23.

Domini est terra & plenitudo
Ejus, Tu autem Sanctissima
Mater cum Eo regnas in æternū.

Glo-

Glor
omnis
operim
Splen
um, lu
dibus T
Side
Tuum,
ter Ma
Men
benepla
gnos g
Glo

AD T
mea
precibu
Neg
rij me
Te ro
Non
laquei

J. M. J.

Gloriam & decorem induisti,
omnis lapis preciosus amictus &
operimentum Tuum.

Splendor solis super caput Tu-
um, lunaris pulchritudo sub pe-
dibus Tuis.

Sidera micantia ornant sedile
Tuum, astra te glorificant jugi-
ter Matutina.

Memento nostri Domina in
beneplacito Tuo, & fac nos di-
gnos glorificandi Nomen tuum.

Gloria Patri, &c.

Psalmus 24.

AD Te Domina levavi animam
meam, in iudicio DEI, Tuis
precibus non erubescam.

Neque illudant mihi adversa-
rij mei, etenim præsumentes de
Te roborantur.

Non prævaleant adversum me
laquei mortis, & castra malignā-

B 2

tium

J. M. J.

tium, non impediunt gressus
meos.

Collige impetum eorum invir-
tute Tua, & cum mansuetudi-
ne occurre animæ meæ.

Ductrix me esto ad Patriam,
& me carui Angelorum digni-
tis aggregare.

Psalmus 25.

Judica me Domina, quoniam
ab innocentia mea digressus
sum, sed quia speravi in Te non
infirmabor.

Ure cor meum igne amoris
Tui, & cingulo castitatis restrin-
ge renes meos.

Quoniam misericordia Tua &
clementia Tua ante oculos meos,
& delectatus sum in voce laudis
Tuæ.

Domina dilexi decorem faciei
Tuæ, & veneratus sum Sanctam
Majestatem Tuam. Con-

Confir-
niam Sa-
seculum
Patri. &

Domi-
sple-
nitas T-
ci meæ.

Exal-
psallam
decanta-

Ne a-
me, q-

Tuū a-
Te a-

Cæloru-
am, &
servo

Confir-
& thron-

ficabo.

J. M. J.

Confitemini Nomini Ejus quoniam Sanctum est, enarrentur in sæculum mirabilia ejus. Gloria Patri. &c.

Psalmus 26.

DOMINA illuminatio mea, sic splendor faciei Tuæ & serenitas Tuæ gratiæ refulgeat menti meæ.

Exalta caput meum, & ego psallam, psalmum Nomini Tuo decantabo.

Ne avertas faciem Tuam, à me, quia speciem & decorem Tuum à Juventute mea concupivi.

Te amavi & exquisivi Regina Cœlorum, misericordiam Tuam, & gratiam ne subtrahas à servo Tuo.

Confitebor Tibi in nationibus, & thronum gloriæ tuæ honorificabo. Gloria Patri, &c.

J. M. J.

Psalmus 27

AD Te Domina clamabo & exaudies me, in voce laudis Tuæ letificabis me.

Miserere mei in die angustiarum mearum, & luce veritatis Tuæ libera me.

Benedicta sis o Domina, in finibus omnibus orbis terrarum.

Sanctuarium, quod firmaverunt manus Tuæ, est sanctum Templum Corporis Tui.

Conscientia Tua munda, & immaculata est, locus propitiationis & habitaculum sanctum Dei

Gloria Patri, &c,

Psalmus 28.

Afferte Dominae nostrae Filij Dei, afferte Dominae nostrae laudem & reverentiam.

Da virtutem sanctis tuis Mater sancta, & benedictionem laudandam-

dantibus

Exau-

ad Te,

cantium

Sit n-

dum m-

intende

meam.

Bene-

mare &

Glor-

EXal-

fuso

versari

Con-

me, de-

defluo

circum-

Pro-

centia

dissipa-

J. M. J.

dantibus atq; glorificantibus te.

Exaudi gemitus suspirantium
ad Te, & ne spernas vota invo-
cantium Nomen Tuum.

Sit manus Tua ad succuren-
dum mihi parata, & auris Tua
intendens ad deprecationem
meam.

Benedicant Tibi Cœli & terra,
mare & orbis terrarum.

Gloria Patri, &c.

Psalmus 29.

EXaltabo Te Domina, quoniã
suscepisti me, ab iniquo ad-
versario liberabis me.

Convertere ad me, & vivifica
me, de portis mortis reduc me, &
defluatibus tribulationum, quæ
circumdederunt me.

Propter imperium & magnifi-
centiam dexteræ Tuæ, contere &
dissipa omnes adversarios meos.

B4

Et

J. M. J.

Et ego afferam Tibi sacrificiū
laudis, & gloriam tuam devotius
exaltabo.

Exultate Cæli & jucundare
terra, quia consolatur MARIA
servos suos, & pauperum suorū
miserabitur. Gloria, &c.

Psalmus 30.

IN Te Domina speravi, nō con-
fundar in æternum in gratia
Tua suscipe me.

Tu es fortitudo mea & refu-
gium meum, consolatio mea, &
protectio mea.

Ad Te Domina clamavi dum
tribularetur cor meum, & exau-
disti me de vertice collium æter-
norum.

Educas me de laqueo, quem
absconderunt mihi, quoniam tu
es Adjutrix mea.

In manus tuas Domina comen-
do spiritum meum, totam vitam
meam

meam
Glor
ritui S

Ter. 2. d.

BEati
Virg

rum a
entur.

Sanct

ra Tu
perpet

Deco

rupcio
Tui g

marce
Bene

limis,
in thr

O V
per qu
sedibu

Glo

J. M. J.

meam, & diem ultimum meum.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto, &c.

Ter. 2da. Psalmus 31.

BEati quorum corda Te diligunt
Virgo MARIA, peccata ipsorum
à Te misericorditer dilu-
entur.

Sancta, Casta, & Florigera ubera
Tua, quæ florem viriditatis
perpetuæ erupuerunt.

Decor pulchritudinis Tuæ corruptionem
non videbit, & vultus
Tui gratia in perpetuum non
marcescet.

Benedicta Tu Virga Jesse sublimis,
quæ Te usq; ad sedentem
in throno dilatasti.

O Virgo Regina Ipsa es via,
per quam nos salus de supernis
sedibus visitavit.

Gloria Patri, &c.

Bj

Psal.

J. M. J.

Psalmus 32.

EXultate justi in Virgine MA-
RIA, & in rectitudine cordis
collaudate Eam.

Accedite ad Eam cum reveren-
tia & devotione, & delectetur cor
vestrum in salutatione Ejus.

Impendite Illi sacrificium lau-
dis & inebriamini ab uberibus
dulcoris Ejus.

Influet enim vobis radios suæ
pietatis, & clarificabit vos fulgo-
ribus misericordiæ suæ.

Suavissimus est Fructus Illius,
in ore & corde sapientis dulce-
scit. Gloria Patri, &c.

Psalmus 33.

Benedicam Dominam in omni
tempore, & non deficiet laus
Ejus in ore meo.

Magnificate Eam mecum om-
nes, qui inpingvati estis melle
& lacte recreationis Ejus.

In
invocat
bus in
frigeri
Sum
tionis E
charita
Quia
ma fui
Te cau
Glor

Judica
contr
causam
An
tur &
exulta
Gra
sunt C
benefic
Quo

J. M. J.

In periculis, in rebus dubijs
invocate Eam, & in necessitati-
bus invenietis auxilium & re-
frigerium dulce.

Sumite exemplum conversa-
tionis Ejus, & emulamini studia
charitatis & humilitatis Illius.

Quia ergo Domina humili-
ma fuisti verbum increatum ex
Te carnem suscipere coegisti,

Gloria Patri, &c.

Psalmus 34.

Iudica Domina nocentes me, &
contra eos exurge, & vindica
causam meam.

Anima mea in Te lætabi-
tur & Tuis beneficijs devotus
exultabo.

Gratia & dulcedine Tua pleni
sunt Cæli & terra, undiq; Tuis
beneficijs irrecisti nos semper.

Quocunque enim pergimus,
occur-

J. M. J.

occurrit nobis diffusio Tui uteri
Virginalis.

Curramus ergo charissimi, &
ita nobilem & dulcissimam Virgi-
nem salutemus ut in suæ dulce-
dinis gremio quiescamus.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Psalmus 35.

Dixit injustus ut peccet in ab-
scondito, per Te à malo pro-
posito discedat Mater Dei.

Inclina vultum Dei super nos,
coge illum peccatoribus mise-
reri.

Domina in Cœlo misericordia
Tua & gratia Tua diffusa est su-
per terram.

Potentia & virtus in brachio
Tuo robur & fortitudo in de-
xtera Tua.

Benedictum sit imperium Tu-
um super Cœlos, benedicta sit
ma-

magni
Glor

NOi

bus

dulcifi

Spem

claustr

ci & f

Del

& exa

fri.

Mel

cia Ill

tei &

Glo

ginâ C

pore

Glo

DO

g

J: M. J.

magnificentia Tua super terram.
Gloria Patri, &c.

Psalmus 36.

NOli æmulari in malignanti-
bus Domina furorem eorum
dulcifica per gratiam Tuam.

Sperate in Illa Religiosi &
claustrales, confidite in Illa cleri-
ci & sæculares.

Delectamini in laudibus Illius,
& exaudiet petitiones cordis ve-
stri.

Melius est modicū cū gra-
tia Illius quam thesauri argen-
tei & lapides pretiosi.

Gloria semper sit Tibi o Re-
giná Cælorum, & in ullo tem-
pore noli nos oblivisci.

Gloria Patri, &c.

Psalmus 37.

Domina ne in furore Tuo ar-
guat me Dominus, nobis
ve-

J. M. J.

veniam obtine de peccatis.

In conspectu Tuo sit omne desiderium nostrum, spes nostra & confidentiâ nostra.

Cor meum conturbatum est in in me, recessit lux de visceribus meis.

Illumina de splendore Tuo cæcitatem meam, dulcifica dulcore Tuo contritionem meam.

Ne derelinquas nos Domina Mater Dei gratia Tua & virtus sit à dextris meis.

Gloria Patri, &c.

Psalmus 38.

Dixi custodiam vias meas ò Domina, cum per Te gratia Christi mihi fuit data.

Dulcore Tuo liquefactum est cor meum, amore Tuo inflammata sunt viscera mea.

Exaudi orationem meam Domina, & deprecationem meam

&

& cont
Mise
altitudi
mittas
turbam
Cust
datur,
Tua.

EXp
Tu
dum n
Nomin
Exa
xisti m
fovea
Mu
tua D
muner
Exu
omnes
runt N
infern

J. M. J.

& contubescant adversarij mei.

Miserere mei de Cælis & de
altitudine throni Tui, & ne per-
mittas me in valle miseriæ con-
turbari.

Custodi pedem meum ne læ-
datur, & in fine meo sit gratia
Tua. Gloria Patri, &c.

Psalmus 39.

EXpectans expectavi gratiam
Tuam, & fecisti mihi secun-
dum multitudinem misericordiæ
Nominis Tui.

Exaudisti preces meas & du-
xisti me de lacu miseriæ & de
fovea inimici.

Multa & mirabilia sunt dona
tua Domina incomparabilia sunt
munera gratiarum Tuarum.

Exultent & lætentur super Te
omnes qui diligunt, te qui ode-
runt Nomen Tuum corruant in
infernum.

Bene.

J. M. J.

Benedicta sit in æternum Do-
mina, in sæculum & in sæcu-
lu n sæculi. Gloria &c.

Psalmus 40.

BEATA MARIA intelligit super
egenum & pauperem, in E-
jus laudibus permanentem.

Domina Angelorum Regina
Mundi munda cor meum igne
amoris & charitatis Tuæ.

Tu es Mater illuminationis
cordis mei, Tu es nutrix refo-
vens mentem meam.

Te cupit os meum collauda-
re, Te affectat mens mea affe-
ctuosissime venerari.

Te desiderat anima mea exo-
rare, quia tuitioni Tuæ se com-
mendat tota substantia mea.

Gloria Patri, &c.

Psalmus 41.

Quemadmodum desiderat cer-
vus

vus ad
amore

Quia
& altri

Quia
animæ

tius sal

Exau

tur for

Domini

meæ.

Acco

meus g

por me

Glor

Judica

causa

versa,

dracon

Sand

dat eu

contera

J. M. J.

vis ad fontes aquarum, ita ad
amorem Tuum anhelat anima mea

Quia Tu es Genitrix vitee meae,
& alitrix reparationis carnis meae.

Quia Tu es Lactatrix Salvatoris
animae meae, initium & finis totius
salutis animae meae.

Exaudi me Domina mundentur
sordes meae, illumina me
Domina ut illustrentur tenebrae
meae.

Accendatur amore Tuo tepor
meus gratia Tuâ expellatur torpor
meus.

Gloria Patri &c.

Psalmus 42.

Judica me Domina, & discerne
causam meam, de gente per-
versa, à serpente maligno & à
dracone pestifero libera me.

Sancta fecunditas Tua disperdat
eum, Beata Virginitas Tua
conterat caput ejus. San-

J: M J.

Sanctæ preces Tuæ corroborent nos contra eum, Sancta merita Tua exinaniant virtutem ejus.

Persecutorem animæ meæ mitte in abyssum, puteus infernalis deglutiat eum viventem.

Ego autem & anima mea in terra captivitatis meæ benedicam Nomen Tuum & glorificabo Te in sæcula sæculorum.

Gloria Patri, &c.

Psalmus 43.

DOMINA auribus nostris audivimus & patres nostri annuntiaverunt nobis.

Quia ineffabilia sunt merita Tua, & valde stupenda mirabilia Tua.

Domina innumerabiles sunt virtutes Tuæ, & in æstimabiles misericordiæ Tuæ.

Exul-

Exul
Illa: q
datorib
Bene
& Ang
à Deo
Tuæ.

ER
bon
mellif
Per
ta me
regrita
condo
Per
mea, à
amori
Per
ptivus
um pa
te per

J. M. J.

Exulta anima mea, lætare in
Illa : quia multa bona sunt lau-
datoribus præparata.

Benedicta sis Regina Cælorum,
& Angelorum, & benedicantur
à Deo laudatores magnificentiæ
Tuæ. Gloria Patri, &c.

Psalmus 44.

ERUCTAVIT cor meum verbum
bonum Domina, cum rore
mellifluo extitit dulcoratum.

Per Tuam Sanctitatem pecca-
ta mea purgentur, per Tuam in-
tegritatem mihi incurptibilitas
condonetur.

Per Tuam Virginitatem anima
mea, à Christo adamatur & sibi
amoris vinculo sociatur.

Per Tuam fecunditatem ego ca-
ptivus sum redemptus, per Tu-
um partum Virgineum, de mor-
te perpetua sum ereptus;

Per

J. M. J.

Per Tuam prolem dignissimā
perditus sum restitutus, & de
exilio miseræ in Patriam beati-
tudinis sum reductus.

Gloria Patri, &c.

Psalmus. 45.

Domina refugium nostrum
Tu es in omni necessitate no-
stra, & virtus potentior conte-
rens inimicum.

Beneficijs Tuis plenus est mundus,
superant caelestia, penetrant
& inferna.

Plenitudine gratiæ Tuæ, quæ
in inferno erant, se lætantur libe-
rata.

Obtentū fecunditatis Tuæ Vir-
gineæ, quæ supra mundum sunt,
se gaudent restaurata.

Per gloriosum Tuæ Virgini-
tatis Sanctissimæ partum, homi-
nes Angelorum fiunt socij & con-
cives.

Glo-

Glor

OMn

bus

ni glori

Quo

nua sal

liationi

Spes

gentiu

atq; fa

Mise

rere m

omniu

Per

tatem p

nia mil

Glor

MAg

lis v

li, in u

rum ej

J. M. J.

Gloria Patri, & Filio &c.

Psalmus. 46.

OMnes gentes plaudite manibus psallite in jubilo Virgini gloriosæ.

Quoniã Ipsa est porta vitæ ianua salutis, & via nostræ reconciliationis.

Spes pænitentium, solamen lugentium, pax beata cordium, atq; salus.

Miserere mei Domina, miserere mei, quia Tu es lux & spes omnium confidentium in Te.

Per Tuam salutarem fecunditatem placeat ut peccatorum venia mihi concedatur.

Gloria Patri, &c.

Psalmus. 47.

MAgra es Domina & laudabilis valde in Civitate Dei Cæli, in universa Ecclesia Electorum ejus. Af-

J. M. J.

Ascendisti alternantibus hv-
mnidicis Anglicis choris, Ar-
changelis constipata rosis, & lilijs
coronata.

Occurrite Illi Potestates & Prī-
cipatus, obviate Ei virtutes & do-
minationes.

Cherubim & Throni & Sera-
phim exaltate Eam & constitutie
Eam à dextris sponsi amantissimi
Filij Ejus.

O quam læto animo, quam se-
reno aspectu suscepisti Eam An-
gelorum & hominum Deus &
dedisti Ei principatum, super
omnē locum Dominationis Tuæ.

Gloria Patri, &c.

Psalmus. 48.

Audite hæc omnes gentes auri-
bus percipite qui in gredi cu-
pitis Regnum Dei.

Virginem MARIAM honorate,
& invenietis vitam & salutem
perpetuam.

Pau-

Pau-
felic
Christo
Esur
fructu
stenta.
Rem
post pa
lium.

DE u-
cus
tium s
Ave
cum, p
ratur.
Spec
Altiss
Ador
prepar
Per
concipi

J. M. J.

Pauperes servos tuos Domina
felici confæderatione conjunge
Christo.

Esuriem parvulorum Tuorū,
fructu ventris Tui refice & su-
stenta.

Remansisti enim incorrupta,
post partum & inviolatā post Fi-
lium. Gloria Patri, &c.

Psalmus. 49.

DEUS Deorum **MARIÆ** locu-
tus est per Gabrielem Nun-
tium suum dicens.

Ave gratia plena Dominus Te-
cum, per Te salus mundi repa-
ratur.

Speciem & decorem Tuum :
Altissimi Filius concupiscit

Adorna thalamum Tuum sion,
præparare in occursum Dei Tui.

Per Spiritum enim Sanctum
conciplies, qui Tuum Partum
faci-

J. M. J.
faciet Virgineum & jucundum.
Gloria; &c.

Psalmus. 50.

Miserere mei Domina, quæ
Mater misericordiæ nuncu-
paris.

Et secundum viscera miseri-
cordiarum Tuarum, munda me
ab omnibus iniquitatibus meis.
Effunde gratiã Tuam super me:
& solitam clementiam ne sub-
trahas à me.

Quoniam peccata mea confi-
tebor Tibi, & coram Te me ac-
cuso de sceleribus meis.

Fructui ventris Tui me recon-
cilia, & pacifica me Ei, qui me
creavit.

Gloria Patri, &c.

Tex. 3^{ta}. Psalmus. 51.

Quid gloriaris in malitia; ò
maligne serpens & draco in-
fernalis. Sub.

J. M. J.

Submitte caput tuum mulie-
ri: Cujus fortitudine demergeris
in profundum.

Contere eum Domina pede
virtutis Tuæ: exurge & dissipa
malitiam ejus.

Extingve potentiã ejus: & vir-
tutem illius redige in favillam.

Ut viventes exultem⁹ in Nomi-
ne Tuo & læto animo dicamus
Tibi laudem. Gloria Patri, &c.

Psalmus 52.

Dixit insipiens inimicus in
corde suo: Hominem eijciam
de tabernaculo, filiorum Dei.

Egrediar & ero Spiritus men-
dax in ore serpentis: & per Fe-
minam eijciam virũ, virum ejus.

Sicut exaltantur, ô miser cæli
â tera: sic exaltatæ sunt cogita-
tiones Dei, â cogitationibus tuis.

Noli extolli de casu mulieris:
quia mulier conteret caput Tuũ.

C. Tu

J. M. J.

Tu illi foveam præparasti: &
in sagena illius capieris.

Gloria Patri, &c.

Psalmus 53.

Domina in Nomine Tuo sal-
vum me fac: & ab injusti-
tjis meis libera me.

Ut non noceat mihi colliditas
inimici: sub umbra alarum Tu-
arum protege me.

O Domina mea ad juva me: gra-
tiam Tuam largire animæ meæ.

Voluntariè offeram Tibi sacri-
ficium laudis: & confitebor No-
mini Tuo quoniam bonum est.

Quoniam ex omni tribulatio-
ne liberabis me: & inimicos
meos despiciet oculus meus.

Gloria Patri, &c.

Psalmus. 54.

EXaudi Domina orationem
meam: & ne contempnas de-
precationem meam. Con-

Cor
ne me
terrue

Ten
per m
fit me

Ego
cto co
cubili

am T
Glo

brach
sur a
Glo

Mis
ni

stes m
tatione
me.

Exc
belli:
Tuam

J. M. J.

Contristatus sum in cogitatione mea: quia iudicia Dei perterruerunt me.

Tenebræ mortis venerunt super me: & pavor inferni invasit me.

Ego autem in solitudine expecto consolationem Tuam: & in cubili meo attendo misericordiam Tuam.

Glorifica manum & dexterum brachium Tuum: ut prosternantur à nobis inimici nostri.

Gloria Patri, &c.

Psalmus 55.

Miserere mei Domina: quoniam conculcaverunt me hostes mei quotidie: omnes cogitationes eorum in malum contra me.

Excita furorem & memento belli: & super eos effunde iram Tuam.

Ca

Inno-

J. M. J.

Innova signa & immuta mirabilia: sentiamus adiutorium brachij Tui.

Glorifica Nomen Tuum super nos: ut cognoscamus quoniam in sæculum misericordia Tua.

Stilla nobis guttam suavitatis Tuæ: quia Tu es pincerna gratiæ dulcoris.

Gloria Patri, &c.

Psalmus 56.

Miserere mei Domina miserere mei: quia paratum est cor meum exquirere voluntatem Tuam.

Et in umbra alarum Tuarum requiescam: quia delectabile est mihi refrigerium Tuum.

Manus Tuæ distillant myrrham primam: & digiti Tui unguenta gratiarum.

Et fragmen mali punici est guttur

guttur
Tui
ama.

Tu e
lectioni
Indulge
Glo

Si ver
mini
diæ ho

Ad la
pertine
honoru
crit Ge

Rosa
dant o
num a

Laud
cutina:
mnes fi
Glor

J. M. J.

guttur Tuum: & spiramen oris
Tui syave compositum thymi-
ama.

Tu enim es mater pulchræ di-
lectionis & anchora spei: portus
Indulgentiæ, & janua salutis.

Gloria Patri, &c.

Psalmus 57.

SI vere utique justitiam loqui-
mini: justitiæ, & misericor-
diæ honorate Reginam.

Ad laudem enim & gloriam,
pertinet Salvatoris: quid quid
honorificum suæ impensum fu-
erit Genitrici,

Rosæ Martyrum Te circum-
dant o Regina: & lilia Virgi-
num ambiunt thronum Tuum.

Laudate Eam simul astra ma-
tutina: concentum Illi facite o-
mnes filij DEI.

Glorificate Eam Cæli & terra:

C3

mare

J. M. J.

mare & flumina, ac fundamēta orbis. Gloria Patri, &c.

Psalmus 58.

ERipe me de inimicis meis Domina mundi: exurge in occursum meum Regina pietatis.

Aurum obrizum in ornamentis Tuis: Sardinus & Topazius in diademate Tuo

Jaspis & Amethystus in dextera Tua: Beryllus & chrysolitus in sinistra Tua.

Hyacinthus & Achates inpectore Tuo: Carbunculi scintellantes in monilibus Tuis.

Myrrha, thus & balsamus in manibus Tuis. Saphirus & Smaragdus indigitis Tuis.

Gloria Patri, &c.

Psalmus 59.

DEus repulisti nos propter peccata nostra: & misertus es nobis

nobis p
Inter
Matr
homin
Tu
infundi
am &
Lact
ris Tu
perfum
Ton
illi lau
ra, et
Tuis.

EXa
me
stabilis
Esto
me tu
statori
Ut

J. M. J.

nobis per Virginem MARIAM.

Intercede pro nobis salutifera
Matr DEI: quæ Angelorum &
hominum salutem peperisti.

Tu enim mæstis exultationem
infundis: & mærentibus lætiti-
am & dulcorem.

Lætifica nos dulciffuo fono o-
ris Tui: & liquore Tuo roseo
perfunde corda nostra.

Tonate illi desuper, & date
illi laudem: glorifica illam ter-
ra, cum omnibus habitatoribus
Tuis. Gloria Patri, &c.

Psalmus 60

EXaudi Domina Orationem
meam: super firmam petram
stabilias mentem meam.

Esto mihi turris fortitudinis:
me tuearis à facie crudelis va-
statoris.

Ut castrorum acies sis illi ter-
ribilis:

J. M. J.

ribilis: & vivus corruat in profundum inferni.

Tu enim es rutilans & decorata: nubes rorifera & confurgens aurora.

Pulchra es, & clara, ut luna plenissima: & tanquam sol refulget sacer aspectus Tuus.

Gloria Patri, &c.

Psalmus 61.

Nonne Domina Tibi subiecta erit anima: quæ salvatorem omnium genuisti.

Memento nostri perditorum, Salvatrix: exaudi planctus cordis nostri.

Infunde gratiam de thesauris Tuis: & ungentis Tuis placidolorem rostrum:

Da nobis gaudium & lætiti-
am: ut confundas bonorum inimicos.

Ablue

Ablue
sana on
Gl

DEu

Te

Virg

pit: &

rivit.

Ben

& pro

DEL.

Spec

ctu T

Cust

na: ut
cata.

EXa

me

re cru

J. M. J.

Ablue omnia peccata nostra:
sana omnes infirmitates nostras.

Gloria Patri, &c.

Psalmus 62.

DEUS Deus meus: per Matrem
Te glorificabo.

Virginaliter enim Te conce-
pit: & sine Angustia Te partu-
ravit.

Benedicta sit ô Domina nostras
& pro nobis assiste ante thronum
DEI.

Species & claritas: in conspe-
ctu Tuo.

Custodi animam meam Domi-
na: ut nonquam corruat in pec-
cata. Gloria Patri, &c.

Psalmus 63.

EXaudi Domina Orationem
meam cum deprecor: à pavo-
re crudelis libera animam meam.

Cs

Impe-

J. M. J.

Impetra nobis pacem & salutem: in die novissimo.

Benedicta sis super mulieres: & benedictus sit fructus ventris Tui.

Illumina Domina oculos meos: & illustra cæcitatem meam.

Da mihi in Te confidentiam bonam - in vita & in fine meo.

Gloriá Patri, &c.

Psalmus 64.

TE decet Hymnus Domina nostra in Sion laus & jubilatio in Jerusalem.

Benedictionem omnium gentium dedit Tibi Dominus: laudem & gloriam ante conspectum populorum.

Benedixit Te Dominus in misericordia sua: & Thronum Tuum constituit super ordines Angelorum.

Gra.

Grati
labiis
duis co
Coro
capite
Te dec
Gl

Jubila
terra
ni Eij
Majest
Ben
mina
ceriter
Re
glorio
gustia
vere.
Au
dulcifi

J. M. J.

Gratiam & decorem posuit in
labiis Tuis: & pallio gloriæ in-
duit corpus Tuum.

Coronam radiantem posuit in
capite Tuo virtutum mobilibus
Te decenter. ornavit.

Gloria Patri, &c.

Psalmus 65.

Iubilate Dominæ nostræ omnis
terra psallite Hymnum Nomi-
ni Ejus, date honorificentiam
Majestati Ejus.

Benedictum sit cor Tuum Do-
mina: cum quo ardentem & sin-
ceriter Filium DEI dilexisti.

Respice paupertatem meam,
gloriosa Virgo: miseriam & an-
gustiam meam, ne tardes remo-
vere.

Aufer tribulationem meam:
dulcifica langvorem meum.

C6

Bene-

J. M. J.

Benedicat Te omnis caro: glorificet Te omnis lingua.

Gloria Patri, &c.

Psalmus 66.

DEus misereatur nostri, & benedicat nobis: per Illam quæ Eum genuit.

Miserere nostri Domina, & ora pro nobis: in læticiam bonam converte mæstitiam nostrâ.

Illumina me Stella maris: clarifica me Virgo clarissima.

Extingve ardorem cordis mei: refrigera me gratia Tua.

Protegat me semper Gratia Tua: præsentia Tua illustret finem meum.

Gloria Patri, &c.

Psalmus 67.

EXurgat MARIA, & dissipentur inimici Ejus: conterantur omnes sub pedibus Ejus.

Impe-

Impe-
rum d
iniquit

Ad
bulatio
etiam n

Non
nostro
bus no

Pax
mina
morre

Gl

SALV
nian

scencia
mam

Infi
& aqu
runt n

Flor
dies la

J. M. J.

Impetum inimicorum nostro-
rum dissipa : destrue omnem
iniquitatem eorum.

Ad Te Domina clamavi in tri-
bulatione : & serenaſti concien-
tiam meam.

Non deficiat laus Tua in ore
nostro : & amor tuus de visceri-
bus nostris.

Pax multa diligentibus Te Do-
mina : anima eorum non videbit
mortem in æternum.

Gloria Patri, &c.

Psalmus 68.

SALVUM me fac Domina : quo-
niam intraverunt concupi-
ſcentiarum aquæ usque ad ani-
mam meam.

Infixus sum in limo peccati :
& aquæ voluptatis circumdede-
runt me.

Plorans ploravi in nocte : &
dies lætiæ ortus est mihi.

J. M. J.

Salva animam meam Genitrix
Salvatoris: quia per Te vera
salus data est omni mundo.

Dum nuntiante Angelo fuisti
obumbrata: & Patris Sapiaentia,
prægnans & gravidata.

Gloria Patri, &c.

Psalmus 69.

Domina in adiutorium meum
intende: & luce misericor-
diæ Tuæ illustra mentem meam.

Doce nos exquirere bonitatem
Tuam: ut enarremus mirabilia
Tua.

Ostende potentiam Tuam con-
tra inimicos nostros: ut Sancti-
ficis in nationibus procul.

In ira flammæ Tuæ mergan-
tur in infernum: & qui con-
turbant servos Tuos inveniant
perditionem.

Miserere Servorum Tuorum
super

super qu
Tuum:
os in ter
Glor

IN Te
fundar
misericor
me.

Propu
ratum in
vehemenc

Facti
te meo
riferunt

Vide
lor: ex
curre p

Ne n
Nomini
in gaudi
Glor

J. M. J.

Super quos invocatum est Nomen
Tuum: & ne sinas angustiari e-
os in tentationibus suis.

Gloria Patri, &c.

Psalmus 70.

IN Te Domina speravi non con-
fundar in aeternum: in Tua
misericordia libera me & eripe
me.

Propter multitudinem iniqui-
tatum mearum: oppressus sum
vehementer.

Facti sunt hostes mei in capi-
te meo: subsannaverunt & de-
riferunt me quotidie.

Vide Domina quoniam tribu-
lor: expande manus Tuas suc-
curre pereunti.

Ne moreris propter gratiam
Nominis Tui: ut efficiaris mihi
in gaudium & salutem.

Gloria Patri, &c.

Psal.

J. M. J.

Jer. 4^{ta}. Psalmus 71.

DEUS iudicium Tuum Regi-
da: & misericordiam Tuam
Reginæ Matris Ejus.

In manu Tua salus & vita con-
sistunt: læticia perpetua & æ-
ternitas gloriosa.

Resperge cor meum dulcedine
Tua: fac me oblivisci miseri-
as hujus vitæ.

Trabe me post Te vinculis mi-
sericordiæ Tuæ: & fomentis gra-
tiæ & pietatis Tuæ, sana dolo-
rem meum.

Concupiscentias sempiternas
excita in animam meam: & de
gaudio paradisi inebria mentem
meam. Gloria Patri, &c.

Psalmus 72.

Quam bonus Israël DEUS: his
qui colunt Matrem suam, &
venerantur.

Ipsa

Ipsa e
in labor
Obtex
am hosti
mina lu
Avert
Te: pla
cibus T
In iud
ram Eo
mea sis
Glo

VT c
nos:
bulation
Ingre
spectu T
ne despr
Te ce
tra nos
teram s
cor.

J. M. J.

Ipsa est enim solatium nostrū :
in laboribus subventio optima.

Obtexit caligine animam meam
hostis: in visceribus meis Do-
mina lumen fac oriri.

Avertatur à me ira DEI per
Te: placa Eum meritis & pre-
cibus Tuis-

In iudicio pro me assiste: co-
ram Eo suscipe causa meam, &
mea sis advocata.

Gloria Patri, &c.

Psalmus 73.

VT quid Domina repulisti
nos: nec subvenis in die tri-
bulationis.

Ingrediatur oratio mea in con-
spectu Tuo: & voces gementiū
ne despexeris.

Te tendit arcum suum con-
tra nos inimicus: firmavit dex-
teram suam, & non est consolator.

Disru-

J. M. J.

Disrumpe in nobis ligaturam
malitiarum suarum: & libera nos
dexterâ Tuâ.

Repelle eum in locum perdi-
tionis: sempiterna damnatio sus-
cipiat eum.

Gloria Patri, &c.

Psalmus 74.

Confitebimur Tibi Domina &
laudabimus Nomen Tuû: fac
nos in Tuis laudibus delectari.

Cantate Ei habitatores terræ:
& laudem Ejus in populis nun-
tiate.

Confessio & magnificentia co-
ram Illa: fortitudo & exultatio
in Throno illius.

Adorate illam in decore illius:
glorificate opificem pulchritu-
dinis illius.

Recordamini in sempiternum
misericordiæ illius: retinete in
mente

mente v
lius.

Notus
frâel
jus.

Dulcis
mel & fa

per omni
Salus &
in taber

sempiter
Honor

ra: quia
rabiliter

Date il
dem: &
diam Ej
Glor

Voce
vi: &
hi.

J. M. J.

mente virtutes & mirabilia il-
lius. Gloria Patri, &c.

Psalmus 75.

NOtus in Judæa DEUS: in I-
srâel honorificentia Matris E-
jus.

Dulcis est memoria ejus super
mel & favum: & amor Ejus su-
per omnia aromata.

Salus & vita in domo illius: &
in tabernaculo ejus pax & gloria
sempiterna.

Honorificate illam Cæli & ter-
ra: quia summus artifex hanc mi-
rabiliter honoravit.

Date illi omnes cræaturæ lau-
dem: & stupendam misericor-
diam Ejus extollite gratulanter.

Gloria Patri, &c.

Psalmus 76.

VCce mea ad Dominam clama-
vi: & sua gratia intendit mi-
hi.

Abstu-

J. M. J.

Abstulit à corde meo mæstiti-
am & mærorem: & sva vitate
sua cor meum dulcoravit.

Formidinem meam erexit in
confidentiam bonam: & suo A-
spectu mellifluo mentem meam
serenavit.

Adjutorio Sancto suo evasi pe-
ricula mortis: & de manu cru-
deli subterfugi.

Gratias DEO & Tibi Mater
pia ago: de omnibus quæ assecu-
tus sum: de pietate, misericor-
dia Tua. Gloria Patri, &c.

Psalmus 77.

At tendite popule DEI præcè-
pta DEI: & Regina Cæli no-
lite oblitisci.

Aperite cor ad investigandum
eam: & labia ad glorificandum
illam.

Descendat amor ejus in cordi-
bus

bus vestri
illi.

Pulchrit
& lunam:
ornamenta

Miserere
honoris: &
stodi mentem

Gloria

Dominus
heredem
meritis Tu

Sit eloqu
ram ipso:
qui me re

Extend
tra hoster
da mihi v

Vox Tu
melodiam
ei non val

J. M. J.

bus vestris: concupiscite placere illi.

Pulchritudo Ejus vincit solem & lunam: compositio Ejus ad ornamenta virtutum.

Miserere mei Regina gloriæ & honoris: & ab omni periculo custodi mentem meam.

Gloria Patri, &c.

Psalmus 78.

Domina venerunt gentes in hæreditatem DEI: quas Tu meritis Tuis Christo confederasti.

Sit eloquium Tuum dulce coram ipso: & conjunge me illi, qui me redemit.

Extende brachium Tuum contra hostem crudelem: & denuda mihi versutiam illius.

Vox Tua dulcis super omnem melodiam: harmonia Angelica ei non valet comparari.

Tua-

J. M. J.

Distilla mihi suavitatem gratiarum Tuarum: & Tuorum charismatum fragrantiam & odorem. Gloria Patri, &c.

Psalmus 79.

Qui Regis Israël intende ad me: Matrem Tuam collaudare.

Expergiscere de pulvere anima mea: perge in occursum Reginae Cæli.

Solve vincla colli Tui pauper-cula anima mea: & gloriosis laudibus accipe illam.

Odor vitæ de illa progreditur: & omnis salus de corde illius sca-curizat.

Charismatum suorum fragrantia suavi animæ mortuæ susci-tantur. Gloria Patri, &c.

Psalmus 80.

EXultate Dominæ adjuatrici nostræ:

stræ: j
vestri.

Accend
illam: &

confusion

Imiten

obedienci

illius.

Omnes

capacissim

illius.

Curri

one Sand

cicipabit

Glori

DEUS

de q

progress

Terge

na: quæ

Fonte

J. M. J.

stræ: jubilate in lætitia cordis
vestri.

Accendantur affectus uestri in
illam: & inimicos vestros induet
confusione.

Imitemur humilitatem ejus:
obedientiam & mansuetudinem
illius.

Omnes gratiæ radiant in illa:
capacissima enim fuit capacitas
illius.

Currite ad illam cum devoti-
one Sancta: & de bonis suis par-
ticipabit vobis.

Gloria Patri, &c.

Psalmus 81.

DEUS in Synagoga Judæorum:
de qua ut rosa, de sensibus
progressa est Mater DEI.

Terge fæditatem meam Domi-
na: quæ semper rutilas puritate.

Fonte vitæ influe in os meum:

ex

J. M. J.

ex quo viventes aquæ profluunt
& emanant.

Omnes sitientes venite ad il-
lam: & de fonte suo, gratanter
vos potabit.

Qui hauriet ex eo: saliet in
vitam æternam: & qui bibit ex
eo, non sitiet unquam.

Gloria Patri, &c.

Psalmus 82.

Domina mea, quis similis erit
Tibi: quæ gratia & gloria
supervenit universos.

Sicut exultantur Cæli à terra:
sic Tu præcellior cunctis & nimis
exultata.

Vulnera cor meum charitate
Tua: fac me dignum gratia &
muneribus tuis.

Liqueat caritas mea in timore
Tuo: & concupiscentia Tua cor
meum inflammetur.

Fac

Fac me
centiam
Te recipi
Christi.

Quam
Domini
amabilia
Tua.

Honor
impetrat
lutem.

Super
ratio Eju
nō revere

Intere
apud Ch
derelinq
in vita.

Benign
us: gratia
rarum.

J. M. I.

Fac me desiderare honorifi-
centiam & gloriam tuam: per
Te recipiar ad pacem J E S U
Christi. Gloria Patri &c.

Psalms 83.

Quam dilecta tabernacula Tua
Domina virtutum: quam
amabilia tentoria redemptionis
Tux.

Honorate illam peccatores: &
impetrabit vobis gratiam & sa-
lutem.

Super thus & balsamum o-
ratio Ejus incensum: preces Ejus
nō revertuntur vacuæ nec inanes

Intercede pro me Domina
apud Christum Tuum: nequē
derelinquas me in morte, neq;
in vita.

Benignus est enim Spiritus Tu
us: gratia Tua replet orbem ter-
rarum. Gloria Patri &c.

D

Psalms

J. M. J.

Psalmus 84.

Benedixisti Domine domum
Tuam consecrasti habitatio-
nem Tuam.

Hæc est speciosa inter filias
Jerusalem: cujus memoria est
in benedictione.

Beatissimam prædicate illam.
Angeli Sancti: glorificate illam
virtutes & dominationes

Populi gentium exquirite pru-
dentiam ejus & investigate the-
sauros misericordiæ Illius.

Sentite de illa in benignitate:
& in simplicitate cordis exquiri-
te illam.

Gloria Patri & Filio &c.

Psalmus 85.

Inclina Domine aurem tuam,
& exaudi me; converte vul-
tum & miserere mei.

Distillatio dulcoris Tui oble-
ctat

Et an
sio Ch
dulciss
Irra
cidat
ration
saluten
Fons
sitiente
rCrabi
Scir
radix
virtute
Glor

Fund
justi
tate u
Gra
in adve
Nomin
bonam

J. M. J.

Etat animas Sanctorum: & infusio Charitatis Tuæ super mel dulcissimum.

Irradiatio gloriæ Tuæ dilucidat intellectum; & lux miserationum tuarum perducit ad salutem.

Fons bonitatis Tuæ inebriat sitientes: & aspectus faciei Tuæ liberabit a peccato.

Scire & cognoscere Te: est radix immortalitatis, & errare virtutes Tuas, est via salutis.

Gloria Patri & Filio &c.

Psalmus 86.

Fundamenta vitæ in anima iusti: perseverare in charitate usq; in finem.

Gratia tua relevat pauperem in adversitate: & invocatio Tui Nominis immitit ei confidentiã bonam.

J. M. J.

Miserationibus tuis repletur
paradisus: & a terrore Tuo ho-
stis confunditur infernalis.

Qui sperat in Te inveniet the-
sauros pacis: & qui Te non
invocat in hac vita, non perve-
niet ad Regnum Dei.

Fac Domina ut vivamus, in
gratia Spiritus Sancti: & perduc
animas nostras ad Sanctum finem.

Gloria Patri & Filo &c.

Psalmus 87.

Domina auxiliatrix salutis meæ
in die clamavi & nocte co-
ram Te.

Ingrediatur oratio mea in con-
spectu Tuo: consolare cum fa-
cie Tua mestitiam meam.

Multiplicata sunt mala in ani-
ma mea; expurga eam de
sordibus & peccatis.

Virtus tua persequatur inimicōs

cos

cos no
ad salu
Con
sistendi
strum,
carnis.

Mise
in
Ung
re con
fericon
nostros
Gra
appare
faciei
meum
Exc
manda
cita me
bilitate

J. M. J:

cos nostros: ne nos impediunt
ad salutem.

Confer gratiam animæ, ad re-
sistendum eis: conforta cor no-
strum, contra concupiscentias:
carnis. Gloria Patri &c.

Psalmus 88.

Misericordias Tuas Domina
in sempiternum decantabo

Ungento pietatis Tuæ mæde-
re contritis corde: & oleo mi-
sericordiæ Tuæ refove dolores
nostros.

Gratiosus Tuus vultus mihi
appareat in extremis: formositas
faciei Tuæ lætificet Spiritum
meum egredientem.

Excita spiritum meum ad a-
mandam bonitatem Tuam: ex-
cita mentem ad extollendam no-
bilitatem & preciositatem Tuam

D 3

Libe-

J. M. J.

Libera me ab omni tribulatione mala & omni peccato custodi animam meam.

Gloria Patri &c.

Psalms. 89.

Domina refrigerium facta es nobis; in cunctis necessitatibus nostris.

Diffusio gratiæ Tuæ producit operationes Tuas: & stillicidium dulcoris Tui, affectiones facit Sanctissimas.

Miserationum Tuarum Domina recordabor: sacrificium laudis & carmen lætitiæ cantabo Tibi.

Qui honorant Te coronam perennem pro cinere obtinebunt & pallium laudis pro spiritu mæroris.

Qui sperant in Te amici lumine: induentur gaudium & perpetuam lætiam sortientur.

Gloria Patri &c.

Qui
Cris
commo
Conc
ei: sag
Quor
laqueo
suis p
Clan
vestris
pinqua
Fruc
sperav
referat
Glor
Ter. Ho
BON
MA
prospe
Ann
ficat i

J. M. J.

Psalmus 90.

Qui habitat in adjutorio Ma-
tris DEI in protectione ipsius
commorabitur.

Conkursus hostis non nocebit
ei: sagitta volans non tanget eū.

Quoniam liberabit eum de
laqueo insidiantis: & sub pennis
suis proteget eum.

Clamate ad illam in periculis
vestris: & flagelum non apro-
pinquabit tabernaculo vestro.

Fructus gratiæ inveniet: qui
speraverit in illa porta Paradisi
referabitur ei.

Gloria Patri, & Filio &c.

Ter. Sta. Psalmus 61.

Bonum est confiteri Virgini
MARIAE: & psallere illi gloriā
prosperitas est mentis.

Annunciare merita Ejus læti-
ficat intellectum: & immitari

D 4

opera

J. M. J.

opera Ejus exhilarat Angelos Dei
Qui acquirit gratiam Ejus ag-
nosceretur a civibus paradisi.

Et qui habuerit characterem
Nominis Ejus: annotabitur in
in libro vitæ.

Exurge Domina, & judica cau-
sam nostram: & ab insurregen-
tibus in nos libera nos.

Ne retrahas a peccatore de-
xteram tuam & excide gladio
Tuo jacula vastatoris.

Gloria Patri & Filio, &c.

Psalmus. 92

Dominus regnavit decorem
induit: Matremq; suam orna-
mento coronavit virtutum.

Adimpleat propitiationem su-
am in nobis Mater pacis: &
viam equitatis doceat servos
suos.

Qui desideratis sapientiam
Christi

Christi
mo rev

Quis
ra Tu

vestigal
dia Tu

Susti
onibus

tem ve
Glor

DEU

Tu
miserat

Mag
prædica

tem co
paciis.

Serv
tes: &

fructus
Res

J: M J.

Christi servite Matri Ejus ani-
mo reverenti.

Quis satisfaciet enarrare ope-
ra Tua Domina; & quis in-
vestigabit thesauros misericor-
diæ Tuæ.

Sustine deficientes in tentati-
onibus suis: destina illos in for-
tem veritatis.

Gloria Patri & Filio &c.

Psalmus 93.

DEUS ultionum Dominus: sed
Tu Mater misericordiæ ad
miserandum inflectis.

Magnificencia Tua Domina
prædicatur in sæculum; qui au-
tem colunt Te invenient viam
pacis.

Servite illi reverenter exultan-
tes: & sanabit vos benedictus
fructus castissimi ventris illius.

Respice Domina humilitatem

DS

servo

J. M. J.

servorum Tuorum & laudabunt
Te in generationibus sæculorum
Magnifica Nomen Tuum in
multiplicatione gratiarum Tua-
rum: & ne finas servos Tuos
subjacere periculis.

Gloria Patri & Filio &c.

Psalms 94.

Venite exultemus Dominæ no-
stræ: jubilemus Salutiferæ
MARIAE Reginae nostræ.

Præocupemus faciem Ejus in
jubilatione: & in canticis collau-
demus Eam

Venite adoremus & procida-
mus ante Eam: confiteamur illi
cum fletibus peccata nostra.

Impetra nobis indulgentiam
plenam: assiste pro nobis ante
tribunal DEI.

Suscipe in fine animas nostras
& introduce nos in requiē æternā,
Gloria

J. M. J.

Gloria Patri & Filio &c.

Psalmus 95.

CAntate plænæ gratiæ, canticum novum: cantate **MARIÆ** omnes terrigenæ orbis.

Quoniam omnes Angelos sanctitate præcellit: & natos mulierum virtutibus mirabilibus & signis.

Formositas & gloria in vultu illius; & gratia in oculis Ejus.

Afferte illi gloriam Patriæ gentium exultate in Ea omnes creaturæ **DEI**.

Admirabile commercium habetis per Eam ex qua vocati estis Filij Dei excelsis.

Gloria Patri & Filio &c.

Psalmus 96.

Dominus regnavit, exultet **MARIA**: in omni imperio dominationis suæ.

Adora.

J. M. J:

Adorate Eam cives curia paradisi: exaltate Eam Virgines speciosæ filiaë ejus.

Quoniam elevata est super principatus & dominationes: exaltata est super Angelorum & Archangelorum legiones.

Patriarchæ & Prophetæ concrepate illi laudem: concentum illi facite Apostoli Martyresq; Christi.

Confessores cum Viginibus de canticis Sion dicite canticum Ei: & regratiamini ei Monachi Sancti de acceptis triumphis.

Gloria Patri, &c.

Psalmus. 97.

CAntate Dominaë nostræ canticum novum: quia mirabilia fecit.

In conspectu gentium revelavit misericordiã suam: in extremis

mis ter
ejus.

Reco

& mis

ope res

Tu a

verax:

tionem p

Con

nostra

lorum

Glo

DOn

tu

super

Ma

Dom

ficent

Can

ginales

qui sa

J. M. J.

mis terræ auditum est Nomen
ejus.

Recordare Domina pauperum
& miserorum: & sustenta eos
ope refrigeri Sancti Tui.

Tu autem Domina suaviss &
verax: patiens nimis & misera
tione plena.

Conculca hostes animarum
nostrarum: & cuntumaciam il-
lorum elide brachio Sancto Tuo.

Gloria Patri, &c.

Psalmus. 98.

Dominus regnavit, irascan-
tur populi: MARIA autem
super Cherubim sedet à dextris.

Magna est Sion gloria Tua,
Domina: & in Jerusalem magni-
ficentia Tua.

Cantate ante Eam chori Vir-
ginales: & adorate thronum Ejus,
qui sanctus est.

In

J. M. J.

In dextera Ejus ignea lex: &
incircuitu Ejus Sanctorū millia,
Mandata Ejus ante oculos ejus:
& justitiæ regula in corde ejus.
Gloria Patri, &c.

Psalms 99.

Jubilate Dominae nostræ homi-
nes terræ: servite illi in læti-
tia & jucunditate.

In toto animo vestro accedite
ad illam: & in omni virtute
vestra conservate vias Ejus.

Investigate illam & manife-
stabitur vobis: estote mundi
corde, & apprehendetis Eam.

Quibus auxiliata fueris Domi-
na, erit refrigerium pacis: & à
quibus averteris vultum Tuum,
non erit spes ad salutem.

Recordare nostri Domina, &
non apprehendent nos mala:
succurre nobis in fine, & in ve-
niemus vitam æternam.

Glori
tui S.

Miser
tabe

tibi in
letifica

Laud
glorian

um an
Zela

honore
meam

Alle
te tua

confide

Con
novissi
me cor

D
am

niat,

J. M. J.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui S. &c.

Psalmus. 100.

Misericordiam & iudicium cantabo Tibi Domina: psallam tibi in exaltatione cordis, cum letificaveris animam meam.

Laudabo Nomen Tuum, & gloriam: & præstabis refrigerium animæ meæ.

Zelatus sum amorem tuum & honorem: ideo defendas causam meam ante iudicem sæculorum.

Allectus sum gratia & bonitate tua: oro, ne frauder a spe & confidentia bona.

Conforta animam meam in novissimis: & in carne ista fac me conspicer Salvatoré. Glor:

Psalmus 101

Domina exaudi orationem meam & clamor meus ad te veniat,
Non

J. M. J.

Non avertas sacrum aspectum
Tuum à me : neq; abomineris
me propter immunditiam meam.

Ne derelinquas me in cogita-
tu & consilio inimicorum meo-
rum : & ne sinas me cadere in
exprobratione illorum pessimam

Qui confidunt in Te non ti-
mebunt colubrum tortuosum
& qui exaltant Te præconiis e-
vadunt manus Acherontis.

Per Virginales conceptum tuū
da mihi in Te confidentiam bo-
nam : & per admirabilem par-
tum Tuum, latifica animam me-
am. Gloria Patri &c.

Psalmus 102.

Benedic anima mea Matri JE-
SU Christi & omnia præcor-
dia mea glorificate Nomen ejus

Ne obliviscaris beneficia Ejus
nec gratiam & consolatus illius

Gratiâ

Grati-
tur: &
tudines

Bene-
Caloru
Apostolo

Bene-
gentium
li & ha
Glori

BEne-
MAE

centia
Form

nem in
na fulg

De t
della &

vor cha
Impl

tutibus
non ap

J. M. J.

Gratiâ Ejus peccata relaxan-
tur: & misericordia Ejus ægri-
tudes reparantur.

Benedicite Et omnes virtutes
Cælorum glorificate Eam chori
Apostolorum & Prophetarum.

Benedicite Ei mare & insulæ
gentium hymnum dicite Ei cæ-
li & habitatores eorum.

Gloria Patri & Filio &c.

Psalmus 103.

BENEDIC anima mea Virgini
MARIÆ: honor & magnifi-
centia Ejus in perpetuum.

Formositatem & pulchritudi-
nem induisti: amicta est Domi-
na fulgenti vestimento,

De te procedit peccatorum me-
della & pacis disciplina ac fer-
vor charitatis.

Imple nos servos Tuos vir-
tutibus Sanctis & ira DEI
non appropinquet nobis.

J. M. J.

Jucunditatem æternam da fer-
vitoribus Tuis & noli eos obli-
visci in certamine mortis.

Gloria Patri & Filio.

Psalms 104.

Confitemini Dominae nostræ
invocate Nomen ejus canta-
te ei gloriose narrâtes virtutes ejus

Laudate & exâltate Eam virgi-
nes, felix Sion: quia desponsa-
bit vobis Regem Angelorum.
Honorate Reginam plenam omni
gratiâ: & contemplamini cum
reverentia Sanctissimum vul-
tum E jus.

Salus sempiterna in manu Tua
Domina: qui te digne honorifi-
caverint, suscipient illam.

Clementia tua non deficiet à
sæculis æternis: & misericordia
Tua a generatione in genera-
tionem. Gloria Patri &c.

Psalms

Confi-
quon-
tas trib-
sericordi-
Longi-
tio Ejus
clinavit
Fons
cedit d-
Virginal-
tas.

Spes d-
de illius
norifica-
Miser-
Regina
lationer-
Glor

Confi-
bonu

J. M. J.

Psalmus 105

Confitemini Dominæ nostræ
quoniam bonum est: per cun-
ctas tribus terræ enarrate mi-
sericordias Ejus.

Longe est ab impiis conversa-
tio Ejus: a via altissimi non de-
clinavit pes Ejus.

Fons irrogantis gratiæ pro-
cedit de ore illius: & emanatio
Virginalis sanctificans animas ca-
stas.

Spes de gloria paradisi in cor-
de illius: quæ devoto animo ho-
norificaverit illam.

Miserere nostri fulgentissima
Regina Cæli: & præsta conso-
lationem de gratia Tua.

Gloria Patri & Filio &c.

Psalmus. 106.

Confitemini Domino, quoniam
bonum: Confitemini Matri
Ejus,

J. M. J.

Ejus, quoniam in sæculum misericordia Ejus.

Innocentiam & viam prudentiæ ostende nobis Domina: & viam intelligentiæ indica servis Tuis.

Timor Dei illustrat intellectum: & amor Tuus exhilarat illū

Beatus vir cujus eloquium est Tibi gratum: ilius ossa impingvabuntur adipe & pingvedine.

Eloquium tuum sustentat animam imbecilem: & labia tua esurientem animam refocillant.

Gloria Patri & Filo &c.

Psalmus 107.

PAratum cor meum Domina, paratum cor meum: laudans Tibi psallere & cantare.

Major est charitas Tua cunctis divitijs: & gratia Tua super aurū & lapidem pretiosum.

Beatitudo & justitia donantur

á Deo

á Deo
conver
tentia
Emil
qui auc
cul fiet
Esto
nis in t
panfio
dat nos
Glor

DOm
spes
Tibi ps
ptare.
Resp
& affe
benepla
Prop
Tuos: s
illasi co

J. M. J.

â Deo: qui autem de peccâtis
conversi fuerint ad Te, pœni-
tentix remediũ consequentur.

Emissiones Tuæ gratia & pax:
qui autem Tibi placuerit, pro-
cul fiet â perditione.

Esto umbraculum protectio-
nis in tentationibus nostris: ex-
pansio alarum Tuarum defen-
dat nos â devorante.

Gloria Patri. &c.

Psalmus. 108.

Domina laudem meam ne de-
spexeris: & hoc dedicatum
Tibi psalterium digneris acce-
ptare.

Respice voluntatẽ cordis mei:
& affectionem meam fac Tibi
beneplacentem.

Propera ad visitandum servos
Tuos: sub tegumento manus Tuæ
illæsi conserventur.

Illumi-

J. M. J.

Illuminationem Spiritus Sancti
per Te suscipiant: & refrigerium
contra cupiditatis aestum.

Medere contritis corde Domina
& refove nos unguento pietatis.

Gloria Patri, &c.

Psalmus 109.

Dixit Dominus Dominae no-
strae: sede Mater mea a dex-
tris meis.

Bonitas & sanctitas placuerunt
Tibi: ideo regnabis mecum in
aeternum.

Corona immortalitatis in ca-
pite sancto Tuo: cujus fulgor &
claritas non extingvetur.

Miserere nostri Domina Ma-
ter luminis & splendoris: illu-
mina nos Domina veritatis &
virtutis.

De thesauris Tuis infunde no-
bis sapientiam Dei: & intellectu
pruden-

prudens

Glor

Confi

to

Te in

Ope

buncur

cordiae

Per

Deo:

spem

Intel

norant

ter Ang

Glor

Nomen

tinent

cto mo

Glor

Beatu

J. M. J.

prudentiæ ac formæ disciplinæ

Gloria Patri, &c.

Psalmus 110.

Confitebor Tibi Domina in toto animo meo : glorificabo Te in tota mente mea.

Opera gratiæ Tuæ commorantur : & testamentum misericordiæ Tuæ ante thronum Dei.

Per Te missa est redemptio à Deo : populus pœnitens habebit spem salutis.

Intellectus bonus omnibus honorantibus Te : & fors illorū inter Angelos pacis.

Gloriosum & admirabile est Nomen Tuum : qui illud retinent, non expavescent in puncto mortis.

Gloria Patri, &c.

Psalmus 111. Ter. Qua.

BEatus vir, qui timet Dominam :

J. M. J.

nam: & beatum cor quod diligit
illam.

Jucundus homo, qui non sa-
tiatur laude Tua: & à relatu
virtutum tuarum non fatigatur.

Exortum est in corde illius
lumen Dei, Spiritus Sanctus il-
luminat intellectum ejus.

Disperge Domina gratiam
Tuam pauperibus Tuis esurien-
tes refove & egenos.

In memoria aeterna fiunt per
Te Nomina: ab auditu terribili
non trepidet cor nostrum.

Gloria Patri.

Psalmus. 112.

Laudate pueri Matrem Dei:
glorificate senes Nomem ejus.
Benedicta sit MARIA Mater
Christi ipsa enim est via ad Pa-
triam sanctitatis.

Eccelsus super Cherubim thro-
nus

nus: ejus
cardines
Super
super co
ctus illi
Miseri
nem car
us usq;
Gloria

IN exitu
occurr
pe eam
Confo
Tuo: as
turbet e
Esto il
lorum:
radisum
Imper
tiam pac
servos D

J. M. J.

nus: ejus: & sedes ejus super
cardines cœli.

Super humiles vultus Ejus: &
super confidentes in Eam Aspe-
ctus illius.

Misericordia Ejus super om-
nem carnem: & elemosina illi-
us usq; ad extremum terræ.

Gloria Patri, &c.

Psalmus 113.

IN exitu animæ de hoc mundo :
occurre illi Domina, & susci-
pe eam.

Consolare eam vultu Sancto
Tuo: aspectus dæmonis non con-
turbet eam.

Esto illi scala ad Regnum cæ-
lorum: & iter rectum ad pa-
radisum Dei.

Impetra ei à patre indulgen-
tiam pacis: & sedem lucis inter
servos Dei.

E

Su.

J. M. J.

Sustine devotos ante tribunal
Christi: suscipe causam eorum
in manibus Tuis.

Gloria Patri, &c.

Psalmus 114.

Dilexi Matrem Dei Domini
mei: & lux miserationum
ejus in fulsit mihi.

Circumdederunt me dolores
mortis: & visitatio **MARIÆ** læ-
tificavit me.

Dolorem & periculum incur-
ri: & recreatus sum gratia il-
lius.

Nomen ejus & memoriale il-
lius sit in medio cordis nostri:
& non nocebit nobis ictus ma-
ligrantis.

Convertere anima mea in lau-
dem ipsius: & in venies refrige-
gium in novissimis Tuis.

Gloria Patri, &c.

Psal-

CRe
fun
na orb
Com
rige ill
Tuum
Scatu
& dil
genui
De b
da mil
pingve
animan
Disfr
meorum
faciem
Glor

LAud
omn
omnes

J. M. J.

Psalmus 115.

Credidi propter quod locutus
sum: gloriam Tuam Domi-
na orbi terræ.

Compatere animæ meæ & di-
rige illam: dignare bene placitū
Tuum insinuare illi.

Statue illi testamentum pacis:
& dilectionis Tuæ, præbe illi in
genui memoriam Nominis tui.

De benedictione ventris Tui
da mihi sustentationem: & de
pingvedine gratiæ Tuæ dulcora
animam meam.

Dirumpe vincula peccatorum
meorum: & de virtutibus exorna
faciem animæ meæ.

Gloria Patri, &c.

Psalmus 116.

Laudate Dominam nostram.
omnes gentes: glorificate eam
omnes populi.

E2

Quo.

J M. J.

Quoniam confirmata est super nos gratiâ & misericordia Ejus: & veritas illius permanet in æternum.

Qui digne coluerit illam justificabitur: qui autem neglexerit illam, morietur in peccatis suis.

Labia Angelorum enarrabunt sapientiam ejus: & omnes cives paradisi cantabunt ejus laudem.

Bono animo accedentes ad illam: non capientur ab Angelo devastante.

Gloria Patri, &c.

Psalmus 117.

Confitemini Domino, quoniam bonus: confitemini Matri ejus, quoniam in sæculum misericordia ejus.

Amor illius expellit peccatum à corde: & gratia illius expiat conscientiam peccatoris.

Via
approp
tem fu
viam

Qui
sape in
is tene

Qui
met ad
cido in
Glor

BEat
Mat
Bea

Ejus:
illius.

Beat
tum ill
devote

Beati
& con

J. M. J.

Via veniendi ad Christum est
appropinquare ad illam: qui au-
tem fugerit illam, non inveniet
viam pacis.

Qui obduratus est in peccatis
sæpe invocet illam: & lux in su-
is tenebris orietur.

Qui tristatur in corde suo: cla-
met ad illam, & dulcoranti stilli-
cids inebriabitur.

Gloria Patri, &c.

Psalmus 118.

BEati immaculati in via: qui
Matrem Domini imitantur.

Beati imitatores humilitatis
Ejus: beati participes charitatis
illius.

Beati qui Conceptum & par-
tum illius venerantur: beati qui
devote Ei famulantur.

Beati, qui in Ea habent spem
& confidentiam: beati qui per

E₃

illā

J. M. J.

illam suscipient felicitatem sem-
piternam.

Gloria Patri, &c.

Retribue seruo Tuo Domina:
vivifica me, ut faciam volun-
tatem Tuam.

Incola ego sum in terra: nihil
abscondas mihi de amore Tuo,

Concupivit anima mea laudē
Tuam: desiderare omni tem-
pore.

Tu enim salus mea in Domi-
no: quæ me morti adjudicatum
liberasti.

Quid pro his retribuam Tibi:
nisi me totum, Domina suscipe
me Gloria Patri &c.

Legem pone mihi Domina, vo-
luntatis Tuæ Sanctorum San-
ctissima: & exquiram Eam sem-
per.

Deduc me in semitam mise-
rationum Tuarum: mulierum
pulcherima, quia ipsam volui.

Incli
pernor
non ad
Ecce
Tuam,
sericor
Et ob
orum
& scr
quæ de
Glor
ME
nar
mihi
Hæc
tenuit
quium
Circ
daces:
me fla
eripuit
Com
timent
obnix

J. M. J.

Inclina animam meam ad super-
norum amorem Domina: &
non ad impudicitiam.

Ecce concupivi castimoniam
Tuam, à juventute mea: in mi-
sericordia Tua confirma me.

Et observabo viam testimoni-
orum Tuorum in sæculum:
& scrutabor mandata Fili Tui,
quæ delexi.

Gloria Patri, &c.

Memor esto verbi Tui Domi-
narum primiceria: in quo
mibi spem dedisti.

Hæc intempestatum fluctibus
tenuit me potenter: quia elo-
quium Tuum vivificavit me.

Circumdederunt me viri men-
daces: & congregata sunt super
me flagella, & ecce manus Tua
eripuit me.

Comunicavi in bonis omnib;
timentibus te: & custodientibus
obnixè mandata Tua. Mi-

J. M. J.

Miserationibus Tuis plena est
terra: ideo viam justificationum
Tuarum exquisivi.

Gloria Patri, &c.

Bonitatem fecisti cum seruo
Tuo Domina: de qua gaudet
Angeli.

Disciplinam morum Tuorum,
& æquitatem doce me: quia
verbis Tuis præ cunctis credidi.

Bonum mihi, quia onere Tuo
humiliasti me: ut sequar con-
versationem Tuam.

Qui amant servientes Tibi ve-
nerabuntur: qui autem abomni-
natus fuerit eos, ruet in æternū.

Veniant mihi semper de su-
per guttæ clementiæ Tuæ &
vivam: quia lex Tua Sancta,
meditatio mea est.

Gloria Patri, &c.

Defecit in semitis Tuis ani-
ma mea Domina: & nisi mi-

se-

feratio
uicq; i

Defe
templa

pruina

Secu

vivifica

fermon

hæreret

Dis

mundu

fundaf

Tuu

salvum

derabil

tempo

Glor

Quo

Do

semper

Svay

tia, con

& caro

tavit in

J. M. J.

seratio maxima esset, perijssim
utiq; in infirmitate mea.

Defecerunt oculi mei in con-
templatione Tua: velut uter in
pruina à Te visa est anima mea.

Secundum bonitatem Tuam,
vivifica me: & non obliviscar
sermones Tuos, quia Tibi ad-
hærere bonum est.

Dispositione Tua perseverat
mundus: quem & Tu cum Deo
fundasti ab initio.

Tuus totus ego sum Domina
salvum me fac: quoniam desi-
derabiles erant laudes Tuæ in
tempore peregrinationis meæ.

Gloria Patri, &c.

Quomodo dilexi legem Tuam
Domina: inconspectu meo
semper.

Svavitatum Tuarum afflugen-
tia, cor meum alienavit à me:
& caro mea mirabiliter exul-
tavit in te, **ES** quã

J. M. J.

Quam dulcia peccatoribus elo-
quia Tua Domina: super omnē
melodiam refectio Tua dulcis
ori meo.

Illuminatio gressibus meis
verbum Tuum: & lumen inef-
fabile semitis meis.

Quoties exasperaverunt me
peccatores inferni: quia à cha-
ritate Tua declinare nolui, ego
autem speravi in Te Domina.

Gloria Patri, &c.

INiquos odio habui: & viam
Tuam dilexi Domina gratio-
sa.

Adjuva me & salvus ero Do-
mina mundi: & meditabor ho-
norigentiam mandatorum Tu-
orum.

Fac me semper stare intimo-
re Tuo: & non tradas me Vir-
go calumniantibus me.

Vernaculus Tuus sum ego:
minimus in familia Tua.

J. M. J.

Custodi me Domina: à negli-
gentibus judicia justitiæ Tuæ.

Contemnes omnes discedentes
à servitio Tuo: quia in justa est
conversatio eorum.

Gloria Patri, &c.

Mirabilia testimonia Tua, Ma-
ter alma: & sermonibus Tuis
illuminatum est cor meum.

Vultum Tuum deprecabuntur
omnes divites plebis: filiæ Re-
gum collaudant faciem Tuam.

Ardens verbum labiorū Tu-
orum, vehementer: qui ad Te
properat percipiat illud.

Arundo agitata sum in con-
spectu Tuo: tene me Domina
sub iugo Tuo, & non confun-
dar.

Servientes Tibi plus alijs in-
vadunt dracones inferni: sed tu
Domina defende nos.

Gloria Patri, &c.

Cla-

J. M. J.

Clamavi in toto corde meo ad
Te Domina: de necessitati-
bus meis clementer eripe me.

Vocem gemitus mei exaudi
Domina mea: doce me, quid
acceptum sit apud Te omni tem-
pore.

Longe à nescientibus Te salus:
qui autem perstat in obsequio
Tuo procul fiat à perditione.

Misericordia Tua rigat uni-
versum: Domina in salutari
Tuo vivifica me.

Initium eloquiorum Tuorum
veritas in æternum: & legem
Tuam immaculatam non sum
oblitus.

Gloriá Patri, &c.

Pincipes per secuti sunt me
gratis: & ab in vocatione No-
minis Tui trepidat spiritus ma-
lignus.

Pax multa observantibus No-
men

men
est illis

Septem
bi laud

um da

Intra
tu Tu

Domin

Quo
dia &

Con
dare T

eris m

Glor

AD
clm

Dom

lo. cur

Con
nostror
virtutis

J. M. J.

men Tuum Mater Dei: & non
est illis scandalum.

Septennis horis decantavi Ti-
bi laudes Domina: juxta eloqui-
um da mihi intellectum.

Intret oratio mea in conspe-
ctu Tuo ut non derelinquam te
Domina cunctis diebus vitæ meæ

Quoniam viæ tuæ misericor-
dia & veritas.

Concupiscam in æternum lau-
dare Te Domina: cum docu-
eris me iustificationes Tuas.

Gloria Patri & Filio, &c.

Psalms 119

AD Dominam cum tribularer
clamavi: & exaudivit me.

Domina libera me ad omni ma-
lo. cunctis diebus vitæ meæ.

Contere caput inimicorum
nostrorum: pede insuperabilis
virtutis Tuæ.

Ut

J. M. J.

Ut exultavit Spiritus Tuus in
Deo salutari Tuo sic veram di-
gneris infundere lætitiã cordi
meo.

Ad Dominum accede rogatura
pro nobis ut per te peccata no-
stra deleantur.

Gloria Patri & Filio &c.

Psalmus. 120.

LEvavi oculos meos ad Te
Mater Christi per quam ve-
nit solatium omni carni.

Auxilium Tuum & gratiam
nobis impende in omni tribula-
tione nostra.

Custodi nos Domina Virgo Ma-
ria: ne peccatorum laqueo ca-
piamur.

Non dormit nequẽ dormiet pu-
pilla oculi tui ut tua semper
custodia protegamur.

Angelorum & hominum Te
laudas

laudas
Te om
Glor

L Eta
Ca
mum

Jeru

MARI

Pace

nobis

hostib

Com

strum

Sic

mentia

moria

Glo

AD

gin

Adju

J. M. J.

laudat omnis lingua : & ante
Te omnia genua curvantur.

Gloria Patri & Filio &c.

Psalmus 121.

Lætatus sum in Te Regina
Cæli: quia Te duce in do-
mum Domini ibimus.

Jerusalem Cælestis civitas: ad
MARIÆ præmia veniamus.

Pacem & indulgentiam Virgo
nobis impetrat: & palmam de
hostibus & triumphum.

Conforta & consolare cor no-
strum: Tuæ dulcedine pietatis.

Sic Domina nobis infunde cle-
mentiam: ut devote in Domino
moriatur.

Gloria Patri & Filio, &c.

Psalmus 122.

AD te levavi oculos meos Re-
gina: quæ regnas in Cælis.

Adjutorium nostrum in virtu-
te

J. M. J.

te sit Nominis Tui: per Te omnia
opera nostra dirigantur..

Benedicta sis in Cælo & in ter-
ra: in mari & in omnibus abyssis.

Benedicta sit fecunditas Tua;
benedicta sit Virginitas & mun-
ditia tua.

Benedictum sit corpus Tuum
Sanctum: benedicta sit anima
Tua Sanctissima.

○ Gloria Patri & Filio &c.

Psalmus 123.

Nisi quia Domina nostra erat
in nobis: invenissent nos pe-
ricula multa.

○ Esto virgo defensoratrix nostra:
& ante DEUM advocata pro-
pitia.

Ostende nobis Domina mise-
ricordiam Tuam & conforta nos
in servitio Sancto Tuo.

○ Benedicant Te Sancti Angeli
in

J. M. J.

in Cælo: benedicant te omnes
homines super terram.

Non tradas animas confiden-
tium Tibi bestiis ora Te cantan-
tium non obturentur.

Gloria Patri & Filio. &c.

Psalmus 124.

Qui confidunt in Te Mater
DEI non timebunt à facie
inimici.

Gaudete & exultate omnes qui
diligitis Eam: quia adjuvabit vos
in die tribulationis vestræ.

Reminiscere miserationū Tu-
arum Domina: & releva pere-
grinationem incolatus nostri.

Converte amabilem vultum
Tuum super nos: confunde &
destrue omnes inimicos nostros.

Benedicta sint omnia opera ma-
nuum Tuarum Domina: bene-
dicta sint omnia Sancta miracula
Tua.

J. M. J.

Tua. Gloria Patri & Filio &c.

Psalmus 125.

IN convertendo faciem Tuam
serenissimam super nos lætifi-
ficabis nos virginea Mater Dei.
Benedicta sis o sacrarium Christi
præ cunctis mulieribus super
terram.

Benedictum sit gloriosum No-
men Tuum: quod os Domini
mirabiliter nominavit.

Non deficiat laus Tua de la-
biis nostris: nec charitas Tuâ de
præcordiis nostris.

Qui te diligunt, benedicantur
à Deo: & qui Te volunt dilige-
re, non defraudentur a fide.

Gloria Patri & Filio, &c.

Psalmus 126.

Nisi Domina ædificaveris do-
mum cordis nostri: non per-
manebit ædificium ejus.

Edifica

Edifica
ut mane
Bened
um & b
ba oris
Bened
benedicu
mero
Bened
Te, &
eis grat
Glori

B Eati
mina
mnes qu
tatem &
Bened
qui Te
moria P
Bened

J. M. J.

Edifica nos gratia & virtute tua
ut maneamus firmi in perpetuū.

Benedictum sit eloquium Tu-
um & benedicta sint omnia ver-
ba oris Tui.

Benedicantur a Deo, qui Te
benedicunt & in justorum nu-
mero computentur.

Benedic Domina benedicentes
Te, & ne unquam avertas ab
eis gratiosum vultum Tuum.

Gloria Patri, & Filio &c.

Psalmus 127.

BEati omnes qui timent Do-
minam nostram: & beati o-
mnes qui sciunt facere volun-
tatem & beneplacitum Tuum.

Benedicti sunt Pater & Mater
qui Te genuerunt: quorum me-
moria permanet in sæculum.

Benedictus est venter qui te
porta-

J. M. J.

portavit: & benedicta sint ubera quæ te lactaverunt.

Converte misericordiam tuam super nos: & deprecabilis esto super servos Tuos.

Intuere & respice opprobrium nostrum: aufer à nobis cunctas iniquitates nostras.

Gloria Patri & Filio &c.

Psalmus 128

SÆpe expugnaverunt me à juventute mea inimici mei: libera me Domina & vindica me ab ipsis.

Ne des illis potestatem in animam meam: custodi omnia interiora & exteriora mea.

Obrine nobis veniam peccatorum: per Te Spiritus Sancti gratia nobis detur.

Fac nos digne & laudabiliter pænitere: ut beato fine ad Deum veniamus,

Placca-

Flacat
nobis ost
ventris
Gloria

DE pro
Dom
vocem
Fiat a
in vocem
nis Tuæ
Libera
riorum
genia &
me.
Erue
mortis
meæ.
Deduc
inter j
meum.
Gloria

J. M. J.

Placatum tunc & serenissimū
nobis ostende: gloriosum fructū
ventris Tui.

Gloria Patri, &c.

Psalms 129.

DE profundis clamavi ad Te
Domina: Domina exaudi
vocem meam.

Fiat aures Tuæ intendentēs:
in vocem laudis & glorificatio-
nis Tuæ.

Libera me de manu adversa-
riorum meorum: confunde in-
genia & conatus eorum contra
me.

Erue me in die mala: in die
mortis ne obliviscaris animæ
meæ.

Deduc me ad portum salutis:
inter justos scribatur nomen
meum.

Gloria Patri, &c.

Psal-

J. M. J.

Psalmus 130.

Domina non est exaltatum cor
meum: neq; sublimati sunt
oculi mei.

Benedixit Te Dominus in vir
tute sua: qui per Te ad nihi
lum redegit inimicos nostros.

Benedictus sit, qui Te sancti
ficavit: & mundam de Matris u
tero Te produxit.

Benedictus sit, qui Te obum
bravit: & suâ gratiâ te facun
davit.

Benedic nos Domina & con
forta nos in gratia Tua: ut per
Te ante conspectû Domini præ
sentemur.

Gloria Patri, &c.

Sabbatû Psalmus 131.

Memento Domina David: &
omnium invocantium No
men Tuum.

Da-

Da n
duciam:

sarij no

Conse

grinatio

paupert:

Da n

Virgo S

catorun

stri.

Redd

dictum

ut Spir

amur.

Glori

ECce
dum

men T

Ungw

maticur

ligentib

J. M. J.

Da nobis in Nomine Tuo fiducia-
m: & confundantur adver-
sarij nostri.

Consolare nos in terra pere-
grinationis nostræ: & revela
paupertatem nostram.

Da nobis panem lachrimarū
Virgo Sancta: & dolorem pec-
catorum in terra in colatus no-
stri.

Redde nobis propitium bene-
dictum fructum ventris Tui:
ut Spiritus Sancti gratiā reple-
amur.

Gloria Patri, &c.

Psalmus. 132.

ECce quam bonum & jucun-
dum MARIA diligere, No-
men Tuum.

Unguentum effusum & aro-
maticum est nomèn tuum.: di-
ligentibus ipsum.

Quoniam

J. M. J.

Quoniam magna multitudo
dulcedinis tuæ Domina: quam
præparasti diligentibus & spe-
rantibus in te.

Esto refugium pauperum in
tribulatione: quia tu es baculus
pauperum & miserorum.

Inveniant quæso gratiam apud
Deum: qui te in suis necessita-
tibus invocabunt.

Gloria Patri & Filio &c.

Psalmus 133.

ECce nunc benedicite Domi-
nam: omnes qui speratis in
Nomine Sancto ejus

Gaudete gaudio magno, qui
exultatis & glorificatis eam:
quia lætabimini ab ubertate con-
solationis ejus.

Ecce nunc inundante ubertate
declinabit in vos: ad consoland-
um & lætificandum corda vestra

Benedi-

Bene-
ejus: &

derio an-

Benedi-

li & San-

cula mir-

Gloria

F

L Audat

nedic

tris Eju

Mariæ

te: & su

sempiter

In ani

ad illam

cupiditas

Qui co

litate me

rem & r

Respire

nostra: &

J. M. J.

Benedicite illam omnes servi
ejus: & memoriale sit in desi-
derio animæ vestræ.

Benedicite illam omnes Ange-
li & Sancti Dei: laudate in sæ-
cula mirabilia ejus.

Gloria Patri & Filio, &c.

Psalmus 124.

Laudate nomen Domini: be-
nedicite Nomen Mariæ Ma-
tris Ejus.

Mariæ precamina frequenta-
te: & suscitabit vobis voluptates
sempiternas.

In anima contrita veniamus
ad illam: & non stimulabit nos
cupiditas peccati.

Qui cogitat de illa in tranquil-
litate mentis: in veniet duco-
rem & requiem pacis.

Respiremus ad illã in finitione
nostra: & referabit nobis atria

F

tri-

J. M. J.
triumphātū. Gloria Patri, &c.

Psalmus. 135

Confitemini Domino, quoniā
bonus: quoniam per suam
dulcissimam Matrem Virginem
MARIAM datur misericordia
ejus.

Impetra nobis Domina ami-
tiam JESU Christi: & custo-
di nos ne perdamus innocentiam
nostram.

Comprime hostem nostrum,
imperio Tuo: neferiat in nobis
virtutem charitatis.

Bona naturalia conserva in-
nobis: & dona gratiæ per Te
multiplicentur.

Illumina vias & semitas no-
stras: ut noscamus quæ benepla-
cita sunt Deo. Gloria &c.

Psalmus 136.

Super flumina Babylonis fleve-
runt

runt
iniquit
Clan
rām Vi
planctu
Non
ne illa:
lius.
Per i
& per
albanctu
Per i
tis per
condona

Confi
toto
experru
SU Ch
Audi
preces
Angelor

J. M. J.

runt hæbrei: nos vero super
iniquitates nostras lugeamus.

Clamemus humiles ad Puerpe-
rám Virginem: offeramus Ei
planctus & suspiria nostra.

Non invenitur propitiatio si-
ne illa: nec salus sine fructu il-
lius.

Per illam peccata purgantur:
& per fructum illius animæ de-
albantur.

Per illam fit satisfactio pecca-
tis per fructum illius sanitas
condonatur. Gloria Patri, &c.

Psalmus 137.

Confitebor Tibi Domina in
toto corde meo: quia per Te
expertus sum, clementiam JE-
SU Christi.

Audi Domina verba mea &
preces meas: & in conspectu
Angelorum cantabo Tibi laudes.

F₂

In

J. M. J.

In quacunq; die invocavero
Te: exaudi me, & multiplica
virtutem in anima mea.

Confiteantur Tibi omnes tri-
bus & linguæ: quia per Te sa-
lus restituta est nobis.

Ab omni perturbatione libe-
ra servos Tuos: & fac eos vivere
sub pace & protectione Tua.

Gloria Patri, &c.

Psalmus 138:

DOmnia probasti me, & cognovisti me: ruinam & transgressionem meam.

Copiosa facta est super me misericordia Tua: & dilatata est super me clementia.

Imperfectum meum aspexit oculus tuus: & palpebræ Tuæ noverunt vias meas.

Affluentiam desiderij Sancti habemus a Spiritu S.: & macula

la pecc
tiam n
Serer
fericor
Tuæ p
Glor

ERipe
mal
fende
Cont
um: &
mihi.
Con
gnas: &
tias eju
Con
inverti
quam f
Nos
vicio T
gloriam

J. M. J.

la peccati non turpet conscien-
tiam nostram.

Serenet corda nostra lux mi-
sericordiæ Tuæ: & recreet nos
Tuæ pacis dulcedo.

Glori Patri, &c.

Psalmus 139:

ERipe me Domina, ab omni
malo: & ab hoste inferni de-
fende me.

Contra me tetendit arcum su-
um: & in fraude sua insidiatur
mihi.

Confringe vires ejus mali-
gnas: & obtunde potenter astu-
tias ejus.

Converte iniquitatem ipsius
inverticem illius: & in foveam
quam fecit, cadat festinanter.

Nos autem exulemus in ser-
vitio Tuo: & in Tuis laudibus
glorietur.

Gloria Patri, &c.

F3 *Psal.*

J. M. J.

Psalmus 140.

Domina clamavi ad Te exaudi me: intende orationi meæ & postulationi meæ.

Dirigatur obsecratia mea velut incensum coram facie Tua: & in tempore serotini sacrificij & matutini.

Non declinet cor meum in verbis malignantibus: & nequitie cogitarûs non subvertant sensum meum.

Fac me assentire beneplacito cordis: & Tuis actionibus conformari.

Gladio intelligentiæ reverbera cor meum: & igniculo charitatis inflamma mentem meam.

Gloria Patri, &c.

Psalmus 141.

Voce mea ad Dominam clavi: ipsamq; humiliter deprecatus sum.

Effu
chrima
meum
Infid
extendi
Adju
ruam c
tur sub
Educ
am: up
lat De
Glor

DOm
am
supplica
Perse
meam
satione
Deni
& anxi
meus.

J. M. J.

Effudi in conspectu ejus lacrimam meam : & dolorem meum ipsi exposui.

Insidiatur hostis calcaneo meo : extendit contra me rete suum.

Adjuva me Domina, ne corruam coram eo : fac ut coneratur sub pedibus meis.

Educ de carcere animam meam : ut confiteatur Tibi, & psallat Deo forti in perpetuum.

Gloria Patri, &c.

Psalmus. 142

Domina exaudi orationem meam : percipe Tuis auribus supplicationem meam.

Persecutus est malignus vitam meam : deposuit intera conversationem meam.

Denigravit me caligine sua : & anxius est nimis spiritus meus.

J. M. J.

Ne avertas faciem Tuam à me: ut non corruam cum descendentibus in lacum.

Emitte lucem Tuam & gratiam Tuam: & repara denuo vitam meam, & conscientiam meam. Gloria Patri, &c.

Psalmus 143.

Benedicta sis Domina: quæ instruis servos Tuos ad prælium: & eos roboras contra inimicum.

Fulgore & coruscatione dissipam illum: mitte jacula Tua, ut confundas illum.

Clarifica de alto manum Tuam: & cantent servi Tui laudem & gloriam Tuam.

Eleva de terrenis affectionem nostram: de sempiternis delicijs refice viscera nostra.

Concupiscentiam supernorum accen-

accen-
de gau-
creare,
Glor

EXalt
& P
laudes
Gene
opera
Tuam
Abur
geli eru
Tuam
Ocul
mina:
scam d
Laud
lingua
in sacu
Glor

J. M. J.

accende in cordibus nostris: &
de gaudijs paradisi, velis nos re-
creare.

Gloria Patri, &c.

Psalms 144.

EXaltabo Te Mater Filij Dei:
& per singulos dies cantabo
laudes Tuas.

Generatio & populi laudabunt
opera Tua: & misericordiam
Tuam Insulæ expectabunt.

Abundantiam dulcoris tui An-
geli eruētabunt: & svavitatem
Tuam Sancti pronuntiabunt.

Oculi nostri sperant in te Do-
mina: mitte nobis cibum & e-
scam delectantem.

Laudationem Tuam loquatur
lingua mea: & benedicam Te
in sæculum sæculi.

Gloria Patri, &c.

FS

Psal.

J. M. J.

Psalmus. 145.

LAuda anima mea Dominã :
glorificabo Eam, quam diu
vixero.

Nolite cessare à laudibus ejus :
& per singula momenta recogita-
te Illam.

Cum exierit Spiritus meus,
Domina sit Tibi commendatus :
& in terra ignota præsta illi du-
carum.

Non conturbent eum culpæ
prius commissæ : nec inquietent
ipsum occursum malignan-
tis.

Perduc eum ad portum salu-
tarem : ibi præstuletur secure
adventum Redemptoris.

Gloria Patri, &c.

Psalmus 146.

LAudate Dominam quoniam
bonus est *psalmus* : jucunda
&

& dec
Ipsa
corde:
pietatis
Magn
mentia
Præc
& in c
te illi.
Bene
mentes
rant in
Glor

LAud
glor
Ipsa
os: &
Grat
pacem
Emi
mus:
vit illi.

J: M J.

& decora sit illi nostra laudatio.

Ipsa enim medetur contritis corde: & refovet nos unguento pietatis.

Magna est virtus illius & clementia ejus nullum habebit finē.

Præcinite Ei in jubilatione & in confessione psalmum canite illi.

Beneplacitum est ei super timentes Deum: & in eis qui sperant in misericordia ejus

Gloria Patri & Filio, &c.

Psalmus 147.

LAuda Jerusalem Dominam: glorifica illam etiam ô Sion.

Ipsa enim constrinxit muros Tuos: & filios Tuos benedicit.

Gratiâ suâ Te impinguat: pacemq; donat terminis Tuis.

Emisit verbum suum altissimus: & virtus Ejus obumbravit illi.

F6

Leve-

J. M. J.

Levemus corda nostra cum manibus ad illam : ut suam influentiam sentiamus.

Gloria Patri & Filio &c.

Psalmus 148.

Laudate Dominam nostram de Cælis : glorificate Eam in excelsis.

Laudate Eam omnes homines & iumenta : volucres Cæli & pisces maris.

Laudate Eam Sol & Luna : stellæ & circuli planetarum.

Laudate Eam Cherubim & Seraphim : Throni & Dominationes & potestates.

Laudate Eam omnes legiones Angelorum : laudate Eam omnes ordines Spiritum Supernorum.

Gloria Patri & Filio, & Spiritui Sancto, &c.

Psalm

CAnt
cun
congre
Late
Insula
Aqua
frigus
Exal
justoru
Trium
Civi
& pro
carmen

LAng
Ejus
tibus
Lau
rum :
archaru
Lau

J. M. J.

Psalmus 149.

CAntate Dominae nostrae canticum novum: laus Ejus in congregatione justorum.

Latentur caeli de gloria Ejus: Insulae maris & totus orbis.

Aqua & ignis laudent Eam: frigus & estus splendor & lumen

Exaltationes Ejus in gutture justorum & laudes Ejus in cætu Triumphantium.

Civitas Dei jucundare in illa: & pro incolis Tuis frequenta illi carmen. Gloria Patri &c.

Psalmus 105

LAudate Dominam in Sanctis Ejus: laudate Eam in virtutibus & miraculis Ejus

Laudate Eam cætus Apostolorum: laudate eam chori Patriarcharum & prophetarum.

Laudate Eam exercitus Martyrum

J. M. J.

tyrum: laudate Eam turba Do-
ctorum & Confessorum.

Laudate Eam in Collegio Vir-
ginum & continentium: lauda-
te Eam ordines Anachoritarum
& Monachorum.

Laudate Eam conventus Reli-
giosorum omnium: laudate Eam
omnes animæ Civium Supernorū:
omnis Spiritus laudet Dominam
nostram.

Gloria Patri & Filio &c.

O B L A T I O

O! Clementissima Mater ac
Domina mea Sancta MARIA
suscipe in pignus amoris ab in-
dignissimo mancipio Tuo hoc
absolutum in Tui honorem Pfal-
terium, & quod negligenter di-
straxeris actum est, Tua clemen-
tia ac materna pietas suppleat,
defectum. Supplicoque ut Te mon-
stres esse Matrem in omni necessi-
tate

J. M. J.

tate, & maxime in hora illa extrema, à quâ pendet æternitas, ne sine dolore Tui offensi Filij moriens amittam gloriam æternam, sed tuo præsidio protectus perq; validissimam apud Filium Tuum intercessionem ad dexteram constitutus una Tecum & cum tota Cælesti Curia infinitam Majestatem DEI adorem, ac glorificem, Teq; Matrem DEI Reginam Cæli astorum Imperatricem, Dominam meam ac Matrem Sanctissimam, cum omnibus animabus civium Supernorum laudem per æterna sæcula Amen.

Pium suspōrium ad B. M. V.

O Flamma Divini amoris Virgo MARIA, quæ Te erigebas usq; ad Thronum Altissimi mitte scintillam seraphici ignis
In

J. M. J.

in cor mancipij Tui ut succen-
sus ardeam amore DEI,

Oremus.

O MARIA Sanctissima DE I
Mater humillime te prostrato
ad plantas obsecro; impetra mi-
hi pro hora mortis unum dolo-
rosus suspirium ex illis quæ
emisit Salvator mundi, cum tres
horas vivus in Cruce penderet:
ut dolores singultus gemitus &
& gravissima suspiria, quæ me
in hora mortis præment, miti-
gari possint. Quæ ego nunc pro
tunc Deo JESU meo unio. Et
ut Mater totius gratiæ digneris
mihi largiri unum ex dolorosis
suspiriis & lachrimosis aspecti-
bus, ac gemitibus cordis Tui,
quos experta es stans sub cruce
Filij Tui.

Pater noster Ave MARIA &c.

Ad

Ad
O San-
vissi-
Sponsæ
ex hac
mihi o-
& MA-
quando
imponet
peto) (f
ut in i-
& MA-
In man-
riens c-
um. J-
Ad S-

S An-
suspi-
tentia
custos
fidelissi-
alem P-

J. M. J.

Ad S. JOSEPHUM;

O Sancte Joseph, qui in suavissimo JESU & dulcissimæ Sponsæ Tuæ MARIÆ complexu ex hac vita emigrasti: succurre mihi ô Sancte Pater cum JESU & MARIA, tunc potissimum, quando mors vitæ meæ finem imponet illudq; (quod unicé peto) solatium mihi impetra; ut in iisdem Sanctissimis JESU & MARIÆ brachijs expirem. In manus vestras vivens & moriens commendo spiritum meum. JESUS MARIA JOSEPH;

Ad Sanctum JOANNEM

Nepomucenum.

Sancte Joannes Nepomucene, suspirantis, & ex vera pœnitentia veniam sperantis animæ, custos integerrime & director fidelissime. Te hodie in specialem Patronum & advocatum eligo

J. M. J.

eligo tuæ pietati & curæ committo, ut me miserum, & mala consuetudine gravium peccatorum, præsertim vitio N. sepultum quia in anima verè mortuum, ad vitam gratiæ, tua intercessione revocare, & confesuro cordis non tantum lacrymã sed ad confitendum audaciam, impetrare digneris ab illo qui non vult mortem peccatoris, sed ut convertatur & vivat; quem quod toties tantisq; criminibus offenderim, ex amore erga illum doleo, cum proposito firmissimo peccata mea plangendi, & plangenda amplius nunquam admitendi. Amen.

Hymnus instar illius, qui ascribitur Ambrosio & Augustino.

TE Matrem Dei laudamus:
Te Mariam Virginem profitemur.

Te

Te
omnis
Tibi
geli: T
tus fide
Tibi
Virtute
Domin
Tibi
rubin
allistun
Tibi
ra: in
Sanct
Dei ge
Plen
statis g
Te g
rus: si
laudat.
Te
tus can
glorific

J. M. J.

Te æterni Patris sponsam :
omnis terra veneratur.

Tibi omnes Ageli & Archan-
geli : Tibi Throni, & Principa-
tus fideliter deserviunt.

Tibi omnes Potestates, & omnes
Virtutes cælorum : & universæ
Dominationes obediunt.

Tibi omnes chori, Tibi Che-
rubim & Seraphim : exultantes
assistunt.

Tibi omnis Angelica creatu-
ra : incessabili voce proclamat.

Sancta, Sancta, Sancta : MARIA
Dei genitrix Mater & Virgo.

Pleni sunt cæli & terra : Maje-
statis gloriæ fructus ventris tui.

Te gloriosus Apostolorū cho-
rus : sui Creatoris Matrem col-
laudat.

Te Beatorum Martirum cœ-
tus candidatus : Christi genitricis
glorificat.

Te

Te

J. M. J.

Te gloriosus Confessorū exercitus: Trinitatis Templum appellat.

Te Sanctarum Virginum chœrea amabilis: Virginitatis & humilitatis exemplum prædicat.

Te tota cœlestis curia: Regnam honorat.

Te per universum orbem: Ecclesia invocando concelebrat. Matrem divinæ Majestatis.

Venerandam Te veram Regis cœlestis puerperam: Sanctam quoque dulcedinem & piam.

Tu Angelorum Domina: Tu paradisi ianua.

Tu scala regni cœlestis & gloriæ.

Tu thalamus: Tu arca pietatis & gratiæ.

Tu vena misericordiæ: Tu sponsa & Mater Regis æterni.

Tu templum & sacrarium Spiritus

ritus

rius S
Trinita

Tu m
amaris
luminat

Tu a
advoca
& refu

Tu
paratr
& su

Tu
na: p

Tu
cus na
solatiu

Tu
gaudiu
omniu
latum

Tu
gregat
sio Pat

J. M. J.

rius Sancti : totius beatissimæ
Trinitatis nobile triclinium.

Tu mediatrix Dei & hominum :
amatric mortaliū , cælestis il-
luminatrix.

Tu agonizatrix pugnantium,
advocata pauperum : miseratrix
& refugium peccatorum.

Tu erogatrix munerum : se-
paratrix, ac terror dæmonum,
& superborum.

Tu mundi Domina cæli Regi-
na : post Deum sola spes nostra :

Tu salus te invocantium, por-
tus naufragantium : miserorum
solatium, pereuntium refugium.

Tu Mater omnium beatorum
gaudium plenum post Deum :
omnium supernorum civium so-
latium.

Tu promotrix justorum, con-
gregatrix errantium : promif-
sio Patriarcharum.

Tu

J. M. J.

Tu veritas prophetarum, præ-
conium & doctrix Apostolorum:
magistra Evangelistarum.

Tu fortitudo Martyrū, exem-
plar Confessorum honor & festi-
vitas Virginum.

Tu ad liberandum exulem,
hominum: Filium Dei suscepisti
in uterum.

Per te expugnato hoste anti-
quo: sunt aperta fidelibus Re-
gna cælorum.

Tu cum Filio Tuo: sedes ad
dexteram Patris.

Tu ipsum pro nobis roga Vir-
go MARIA: quem nos ad judi-
candum credimus esse venturū.

Te ergo poscimus nobis tuis
famulis subveni: qui pretioso
Sanguine Filij Tui redempti fu-
mus.

Æterna fac pia Virgo: cum
Sanctis Tuis nos gloria mune-
rari.
Sal-

Salvu
Domina
reditatis

Et r
in later

Per f
lutamus

Et la
in ater

Digna
& semp

servare
Miser

nobis,
Fiat

nobiscu
RIA co

In te
mus: r

Te d
rium:

facula

J. M. J.

Salvum fac populum Tuum
Domina: ut simus participes he-
reditatis Filij Tui.

Et rege nos: & custodi nos
in æternum.

Per singulos dies: ò pia te sa-
lutamus.

Et laudare te cupimus: usq̃;
in æternum mente & voce.

Dignare dulcis MARIA: nunc
& semper nos sine delicto con-
servare.

Miserere pia nobis: miserere
nobis,

Fiat misericordia tua magna
nobiscum: quia in te Virgo MA-
RIA confidimus.

In te dulcis MARIA spera-
mus: nos defendas in æternum.

Te decet laus, te decet impe-
rium: Tibi virtus & gloria in
sæcula sæculorum. Amen.






Ad Maiorem DEI Glo-
riam, Sanctissimæ Ma-
tris agonizantium hono-
rem, & Sanctum agonis
solatium. Pro gratia fi-
nali. Amen ! Amen !
Amen.





Glo-
Ma-
nono-
gonis
tia fi-
men!





Biblioteka Jagiellońska



stdr0027926



